Verùm negamus nos, quòd actus fidei sit quoddã opus legis pro[pr]iè dictum, quum Scriptura fidem, quã justificamur, semper oppo[na]t operibus, & doceat, nos per fidẽ justificari, non ex operibus. Quod [ve]rò fidei opponitur, illud de ipsa fide affirmari nequit; & per con[se]quens, Actus fidei non est opus legale, sed potius apprehensio meri[ti] Christi, de quo lex ipsa nihil habet.

Quod

Ubi simul excutitur locus Ioh. 6. v. 29.

Quod attinet locum *Joh. 6. v. 25.* dicimus [illegible] modata ad quæstionem suorum auditorum, quæ [illegible] *Quid faciemus, ut operemur opera Dei?* quasi dica[illegible]r, [illegible] satis constat, ex divina lege, quæ opera Deus requira[illegible], [illegible] cisionem, sacrificia, &c. Quid ergo est, quòd nos [illegible] bum? An alia opera nobis precepturus es, quam Mo[illegible] Christus respondet: *Hoc est opus Dei* &c. Unde con[illegible] nem operis hoc loco latam esse & generalem. D[illegible] Est igitur Christi sententia: *Unus hic verus & [illegible] credere in Messiam & Redemtorem mundi.*

Dicitur autem fides opus Dei, (1.) *quia* à Deo præcep[illegible] 17. v. 5. *Hunc audite.* (2.) *quia* præstantissimus cultus est, quo D[illegible] bis honoratur. (3.) *quia* non est virium humanarum, sed [illegible] psius Dei, 1. *Cor.* 12. v. 3. 9. *Phil.* 1. v. 29.

Et respondetur ad quandam Pontificiorum instantiam.

Instant Pontificii: *Ipsa apprehensio est opus* [illegible] *quâ apprehendit, opus quà opus justificabit.* [illegible] *nihil est aliud, quàm operari.*

Respondeo, ὁμωνυμία est in vocabulo operis: Accip[illegible] (1.) γενικῶς *pro omni actione,* sine additament[illegible] fidem vel apprehensionem meriti D[illegible] gari haud potest (2.) εἰδικῶς & ἰδίως. [illegible] consequente, cum additione hac, ut [illegible] ti. Atque talia opera intelliguntur, & ta[illegible] actiones, q[illegible] dicunt, *operibus non justificamur*, hoc est, propter opera mor[illegible] justificamur. Ideò enim negant operibus nos justificari, ne [illegible] adscribatur meritum, sed ut gratuita maneat justificatio, & p[illegible] in sola imputatione justitiæ Christi. Quòd si ergò hæc [illegible] cedantur, (1.) Nos nullo modo propter opera justificari, & salv[illegible] Nos non alio modo justos esse, quàm imputatione justitiæ C[illegible], tunc facilè dabimus Pontificiis, in justificatione concurrere [illegible] quoddam, vel actionem quampiam, sicut in aliis acceptati[illegible] do-norum necesse est, ut concurrat apprehensio, non tamen pr[illegible] hanc apprehensionem, tanquam meritum, reddimur participes [illegible] ni: Ita potest dici, quod apprehendendo meritum Domini ju[illegible]e-mur, non tamen propter istam apprehensionem; Ideo [illegible] ad-huc manet, quòd operibus, non justificemur, quia justi[illegible] ribus, nihil est aliud, quàm propter opera justificari. Pr[illegible]

[illegible]

ne opus, nec omnem actionem excludimus, sed duntaxat opus me-ritorium, & actionem meritoriam. Operibus non justificamur, vide-et tanquam causâ meritoriâ. Fide autem, quæ opus vel actus quidam justificamur, verùm non tanquam merito, sed velut instrumento medio, quod non efficit, sed applicat justitiam. Atque sic non pu-gnant ista: *Fide, quæ opus vel actus est, justificamur*, Et *operibus non ju-stificamur*. *Virtutibus Theologicis.*

Distingui etiam posset inter opera & *actiones*, ita, quòd *quædam* actiones recipientes, quæ ob receptionem magis sint passiones, quam actiones, qualis fides; *quædam* producentes aliquid, & non reci-pientes, sed egredientes, & de his dicitur, quòd non justificent.

QUÆSTIO VII.

Num fidem & spem confundant Lutherani Theologi?

Affirmant Papistæ, præsertim *Gregorius de Valentia*, Tomo 3. disp. 1. punct. 1. & disp. 2. q. 1. puncto 2. Ratione hâc nituntur, quia fidem definiamus *per fiduciam*. *Hanc verò nihil aliud esse, quàm spem robo-ratam*. *Affirmant Papistæ,*

Nobis autem insignem faciunt injuriam, siquidem virtutes illas distinctas, ultrò concedimus, & ipsi hæc discrimina proferre con-suevimus. *Sed in eo nobis injuriam faciunt.*

Fides est notitia, Assensus & Fiducia: *Spes* est expectatio certa. *Fi-des* præsentia, *spes* futura respicit. *Fides* fertur in promissiones rerum sperandarum; *Spes* in res ipsas. Hæ enim sperantur; illæ creduntur, quod Lutherus scitè expressit: *Fides intuetur verbum rei; spes rem verbi.* quia verbum seu promissio semper est præsens; hinc fides dicitur *sperandarum rerum substantia*. Res autem verbo notata, quandoq; est futura; atq; sic spes *futurorum*. Adde tandem & hoc; quòd *fides* gignat spem, adeoq; *spes* fidem sequatur, in fide fundetur, & radicetur, unde fides ὑπόστασις re-rum sperandarum nuncupatur, *Heb. 11. v. 1.* *Quia ipsi distingui-mus inter spem & fi-dem.*

Ut rem brevissimis efferam, differunt (1.) *Subjecto*: Spes in volun-tate est formaliter; fides simul in intellectu. (2.) *Objecto*; Fides præ-sentia, Spes futura intuetur. (3.) *Officio*; Fides apprehendit, spes expe-ctat. (4.) *Tempore*; Fides prior est, spes posterior. (5.) *Effectu*; Fides doctor & judex est, pugnans contra errores & hæreses, judicans Spiri-tus & doctrinas: Spes Imperator seu dux belli est, pugnans contra tri-

bulationes, crucem, impatientiam, & expec[illegible] bo[illegible]
noster *Lutherus* loquitur, Tomo 4 fol. 153.

Ubi notandum, quòd sit duplex fiducia.

Thomas quidem affirmat, 2. 2. quæst 129. ar[illegible] 6. *f*[illegible]
aliud, quàm spem roboratam; sed scie[illegible]dum, quod *d*[illegible]
terminus generaliter accipiatur, alia *spes*, & alia *fides* [illegible]
& immota persuasio, sed diverso modo Fiducia *sp*[illegible]
spicit & expectat; sed *fidei*, bona præsentia appreh[illegible] re-
expectatione promissi; *hæc* in fiduciali appreheńsi[illegible]
sistit. Utrique πληροφορία tribuitur; *Illa* H[illegible]
quemq; vestrûm studium ostendere ad πληροφορί[illegible]
Heb. 10. v. 22. *Accedamus cum vero corde cum* πληροφορ[illegible]
cta enim bonorum genera nobis sunt promissa, unde [illegible]
πληροφορίας oritur: (1.) *Spiritualia*, ut justific[illegible]

Et tria sint bonorum nobis promissorum genera.

Hæc credimus, non speramus, aut expectamus. Nam [illegible]
non sperare nos aliquando in gratiam recipiendos [illegible]
tuere, nos jam in gratiam recipi, & propte[illegible]
mitti. (2.) *Temporalia*, ut defensio, liberatio ex [illegible]
ut cœlestis beatitudo. Hæc posteriora bona non sun[illegible] præs[illegible]
tura, ideoq; non possumus ea per fidem apprehendere; [illegible]
spem expectare, quæ ipsa spes, quum non confund[illegible]t, *Rom.* 5. [illegible]
immota sit, fidemq; præsupponat; hinc & ipsa quandoq́ πληροφορία
vel fiducia cordis appellatur.

QUÆSTIO VIII.

Num spes excludat certam notitiam?

Bellarminus affirmat.

QUando contra dubitationem de salute, *ex natura spe*[illegible] ar[illegible]
mur, quòd hæc sit certa & indubitata rei promi[illegible] expect[illegible]
quòd sit anchora animæ, ἀσφαλὴς καὶ βεβαία, tuta & firma [illegible]
19. ideoq; cum ea consistere nequeat ἐποχὴ illa Papistica, t[illegible] exci-
piunt adversarii cum *Bellarmino*, ex libro 3. de Justificatione c[illegible]
1138. A. *Duplex in spe certitudo considerari potest*, Una *ex par*[illegible]
Altera *ex parte intellectus. Ex parte* voluntatis *certitudo spei est* [illegible] *ad*
hæsio voluntatis ad rem speratam, & hæc maxima esse potest, etiam [illegible]
te Intellectus *homo non sit certus, se rem illam consecuturum. Imo* [illegible]
spes non solùm non exigere, sed nec ferre posse ex parte intellectus c[illegible]
nem absolutam. Nam quod certò scimus nos habituros, non p[illegible]

mus

sed simpliciter expectamus. Hoc enim modo animæ beatorum non pro- … perant corporum resurrectionem; sed tantùm expectant, quia certissi- … sunt ex parte intellectus, eam sibi deesse non posse. Itaq; Heretici nostri … poris, qui certitudinem absolutam ex parte intellectus requirunt de justi- … tione & salute, nullum locum spei propriè dictæ relinquunt. *Virtutibus Theologicis.*

Hinc igitur enata est nostra quæstio: *Num spes propriè dicta exclu- … certam notitiam?*

… Ubi 1. ante omnia notandum, quòd distincti sint gradus spei. … quandoque *languida* est, nonnunquam *firma*. Quòd si languida, … omo incertus sit, se rem speratam consecuturum; tum sanè spes ta- … firmam certitudinem, qualis requiritur à piis, non involvit. Imò … tua est in mente anxietas, quando spes metusq; commiscentur, … dem, ut ferè nulla sit major tortura hominis, quam inter spem … meq; versari, ut videmus in captivis, qui sperant clementiam, & … metuunt mortem. Jam verò non aliam Christianis spem faciunt … quam Papicolæ. Nos enim rei sumus ob peccata; & damnationem … mus; Volunt autem, ut quodammodo speremus quidem ve- … m & vitam, ob Dei gratiam, & Christi meritum; sed ut interim unà … amus iram & mortem ob propriam indispositionem. Ita ergò … perpetuis vivendum est anxietatibus, dum inter spem metumq; du- … remus, & certò credere non debemus, nos gratiam & vitam con- … secuturos. Quicquid igitur de spe firmissima & adhæsione volun- … maxima ad rem speratam blaterant, merus fucus est, & prætextus, … palliandam dubitationis deformitatem excogitatus. Qui enim … non est, se rem aliquam impetraturum, sed ita sperare debet, ut … metuat contrarium; is omni certitudine, animum quietante, de- … tur, & in perpetuâ solicitudine ac anxietate mentis hærere cogitur. *Nos distinguimus inter spem languidam & firmam.*

2. Negamus, *quòd spes rem excludat per scientiam & intellectus cer- … m.* Reditum enim Christi ad judiciũ & resurrectionem nostro- … corporum speramus; certissimè tamen utrumq; scimus, & Catho- … credimus. Spes quidem languida & dubia excludit scientiam, … firma certaque, quæ non confundit, *Rom. 5. v. 5.* siquidem hæc … non invenit, nisi quum absq; dubitatione vel scimus, vel credi- … nos rem speratã consecuturos. Quo pacto unà concedit discrimen … inter *sperare* & *expectare*, quòd incerta speremus, & explorate ve- … pectemus. Nam quid aliud est firmiter sperare, quàm certò expe- … bonum futurum? Et si spes propriè dicta non est expectatio, cur *Et negamus, quòd spes vera per se excludat certitudines intellectus.*

omnes Scholastici eam definiunt, q[illegible]
Imò cur *Bellarminus* scribit, lib. 1. d[illegible]
spem in intellectu quoad certitudinem [illegible]
videlicet ideò spes certa est, quia præsupponit [illegible]
tentia & fidelitate Dei? Annon Bellarminus h[illegible]
spes certa præsupponat fidei certitudinem, nempe [illegible]
dit, se propter omnipotentiam & fidelitatem Dei ce[illegible]
esse bonum ab ipso promissum.

Et annotamus, quòd Pontificii tollant omnem certitudinem spei circa salutis negotium.

3. Pontificii ne quidem spei certitudinem c[illegible] tium relinquunt Christianis. Nam hoc quidem con[illegible] speret possibilitatem salutis, non verò conceduut, ut [illegible] lutem, hoc est, sperare licet, nos posse salvos fieri, [illegible] re, nos certò salvos fore. Ita censet *Gregorius de Val[illegible]* disput. 2. quæst. 1. puncto 4. ubi certæ spei objectum [illegible] ipsam beatitudinem, sed *tantùm possibilitate*[illegible] nis. *Nam illud*, inquit, *quò quispiam cogitare p*[illegible] *rum beatitudinem, nequaquam est indicium fidei,* [illegible]

QUÆSTIO IX.

Num τὸ apprehendere, charitati etiam con[illegible] non soli fidei?

QUando fidem solam juxta Scripturas justificare d[illegible] ter alias simul hanc causam [illegible]mus, quoniam [illegible] *dat meritum & justitiam Christi, atq[illegible] apprehend*[illegible]

Bellarminus affirmat.

Ad hoc *Bellarminus* excipit, lib. 1. de Justificat. c. 16 [illegible] propriè non sit apprehendere, & quod ipsi etiam dilectio[illegible] sio suo modo possit tribui. Verba ejus sic habent col. 99. [illegible] *non est apprehensio, sed judicium; quòd si judicium* impropr[illegible] sionem appellare *velint, cogentur* [illegible] *apprehendendi* [illegible] *meliore ratione, quàm fidei. Magis enim apprehendi*[illegible] *quàm judicium, quoniam magis unit. Quod si actum fid*[illegible] *judicium, sed confidentiam esse velint; eadem ratione dic*[illegible] *prehendi rem aliquam dilectione, quàm confidentia, quod magis* [illegible] *ista conjungat & uniat.*

Nos respondemus per distinctionem.

Hanc exceptionem ut diluamus, notari debet, quòd [illegible] duplex sit, Una *corporalis*, quæ fit ma[illegible]bus; Altera *spiritualis*, [illegible]

 Virtutibus Theologicis.

-o. Et hæc rursum vel est *apprehensio intellectus*, & nihil aliud, quàm n.tio rei; apprehendendo enim rem, cognoscimus eam: Vel est *hensio voluntatis*, notans desiderium & accessum ad Christũ, ejusq; t: sufficientissimi applicationem & appropriationem fiducialem. raq; apprehensio concurrit in fide justificante, ita quidem, ut appre-nsio fidei nihil sit aliud, quàm *fiducialis persuasio, quâ peccator pœni- Christum pro se quoq; mortuum esse, & pro suis peccatis satisfecisse cre-* ob quam justitiæ apprehensionem Deus hominem à pœna peccati olvit, & justum pronunciat. Competit apprehensio Fidei ergò ve-ume: In quantum est notitia, apprehendit cognoscendo: In quan- est fiducia, apprehendit confidendo. Conjunge utrámque, & ha-ebis veram ac justificantem fidei apprehensionem. Non enim pu-um, quòd fides justificet, quatenus mera est notitia & apprehensio entis, hoc est, quatenus in genere credit homo, Christum pro pecca-sse mortuum; sed potius, quatenus est fiducia & apprehensio vo-tatis, hoc est, quatenus homo non solùm pro certo habet, Chri-m esse mortuum; sed etiam confidit, per hanc ipsam mortem pro s peccatis quoq; satisfactum esse, ideoq; se coram judicio Dei à pœ-peccatorum absolutum iri.

Hoc autem charitati non competit. Nam, uti dictum, apprehen-e meritum Christi, est firmissimè credere, & veracissimè judicare, od intellectus est) Christum pro suis quoq; peccatis omnibus satis-cisse, simulq; in hoc fiduciam omnem collocare, (quod est volunta-s.) Atqui dilectio neutrum præstat. Dum enim diligo, diligendo n mihi persuadeo fiducialiter, Christum pro me satisfecisse. Nam actus non est dilectioni proprius; sed potius, quia scio, credo & onfido, Christum pro me solvisse λύτρον, ideò ipsum diligo, hoc est, hil mihi placet ex rebus omnibus, quàm Christus; ad nullam rem gis propendeo, quàm ad Christum; quæ propensio certè non est fi-ucialis persuasio, licèt sint invicem connexa & conjuncta. Actus enim aritatis tres sunt: *Primus* spectatur in affectu, quo alteri benè volu-mus: *Secundus* in desiderio, quo cum re amata uniri cupimus; *Ter-tius* in gaudio, quo unionis hujus compotes facti perfruimur. Nullus erò ex his actibus continet actum apprehendendi. Quamvis enim Bellarminus putet, unionis desiderium, vel ipsam potius unionem a-mantis & amati, apprehensionem dici posse, suoque sensu id concedi queat; attamen hæc non est apprehensio meriti Dominici, quæ sola ju-

 stificat;

ſtificat; non eſt fiducialis perſuaſio, [illegible] ſa[illegible]ſtec[illegible] gè *alia* eſt apprehenſio fidei, & *alia* cha[illegible]tatis. *Illa* [illegible] tum Chriſti, dum homo ſibi perſuadet, Chriſt[illegible] & in hoc fiduciam collocat, atq; ita juſtificatur. *H*[illegible] actionem vel paſſionem Chriſti, (& ſic objectis [illegible] ſiones) ſed ipſum Chriſtum, vel potius tot[illegible]m Trinitate[illegible] ſæpius de illa cogitat, illam deſiderat, & in eâ uni[illegible] quo apparet, fide ſolâ, non charitate, tanquam [illegible] dente, nos juſtificari.

QUÆSTIO X.

An etiam amore naturali diligatur Deus magis, quam cæ[illegible]ra omnia ſecundum inclinationem noſtram natu[illegible] ſcilicet, ut quis non ſolùm ſecundum charitatem [illegible]turalem; ſed etiam ſecundum inclinationem naturæ magis inclinetur ad diligendum Deum, quàm ad diligendum ſeipſum?

Pontificii diſſentiunt,

DIſſentiunt hic Scriptores Pontificii.

Nam *quidam* cenſent, ſecundum inclinationem naturæ [illegible] quemq; magis diligere ſeipſum, quàm Deum, quæ ſentent[illegible] eſt *A*[illegible] *ſiodorenſis*, l. 3. Summæ, tract. 5. cap. 3. q. 1. *Alberti Magni*, [illegible] art. 1. *Bonaventuræ*, eâdem diſtinct. quæſt. 2. & 4. *Gabriel*[illegible], eâd[illegible] ſtinct. quæſt. un. art. 1. notab. 3.

Alii verò affirmant, Deum magis à nobis dilig[illegible], & diligendum eſſe, quàm nos ipſos, etiam ſecundum naturæ inclinationem[illegible] [illegible]am o pinionem ſequitur *Thomas* parte 1. quæſt. 60. art. ult. 1. 2. quæſt. 109. a[illegible] 3. 2. 2. quæſt. 261. art. 3. *Scotus*, In 3. diſtinct. 27. quæſt. un. & *Grego*[illegible] *Valentia*, Tomo 3. diſput. 3. quæſt. 4. puncto 2.

Nos per diſtinctionem reſpondemus.

Noſtram ut paucis aperiamus mentem, ante omnia diſtingu[illegible]mus inter *inclinationem ad diligendum Deum*; & inter *ipſam act*[illegible] *dilectionem*.

Quod attinet *inclinationem ad diligendum*, duplex, eaq; oppo[illegible]a datur in homine. Nam hujus natura inſtructa eſt *partim* noti[illegible] ralibus, & quibusdam imaginis divinæ reliquiis, *partim* [illegible] pravata eſt per originalem labem. Quum igitur duo contraria [illegible]

hom:

...ine sint principia, nimirum *Ratio*, quam notitiæ naturale dirigunt, & *Habitus peccati*, quo tota natura corrumpitur; hinc diversæ, ...ò contrariæ oriuntur propensiones. Nam per rationem rectam ob notitias naturales homo instigatur ad Deum creatorem colendum & diligendum magis, quâm seipsum; per peccati verò habitum homo inclinatur magis ad seipsum, & mundum diligendum, quàm Deum.

Quod verò ipsam concernit *actualem dilectionem*, quia peccatum præponderat, & omnis cogitatio cordis humani mala est à pueritia omni tempore, *Genes. 6. v. 5. c. 8. v. 21.* quia non est intelligens aut requirens Deum, *Ps. 14. v. 2.* quia non est timor Dei ante oculos hominum, *Rom. 3. v. 18.* hinc colligimus, quòd homo non renatus, quâ talis, ob illam præponderantem, & contra notitias naturales in avia abripientem malitiam, semper magis seipsum & creaturas, quàm Deum creatorem diligat, velut ipsa satis superq; testatur experientia.

Probare igitur non possumus Papistarum illorum sententiam, qui absolutè & universaliter affirmant, hominem secundum inclinationem naturæ magis inclinari ad diligendum Deum, quàm ad diligendum seipsum. Neque adeò firma sunt argumenta, quibus se ad ita sentiendum urgeri putant. Recensuit illa Gregorius de Valentia, quæ dicemus breviter.

Primum sic habet, T. 3. col. 702. B. C, *Si homo secundum inclinationem naturalem propenderet ad diligendum seipsum magis, quàm Deum, inde sequeretur, inclinationem charitatis, quâ est propensus ad diligendum DEUM magis, atq; adeò præceptum charitatis de hoc ipso, repugnare inclinationi naturali: Sed istud consequens est absurdum: Ergò & illud, ex quo sequitur. Sequelam* Majoris *concedunt quidem Bonaventura & Gabriel, sed malè. Probatur enim, id consequens esse absurdum. Nam quod est institutum ad perficiendum hominem, ut est præditus naturâ intellectuali; nequaquam repugnat illi secundum naturam intellectualem, & ejus inclinationem. Tunc enim non tam id perficeret naturã intellectualem hominis, quàm everteret, & quodammodo destrueret: Sed inclinatio charitatis ad majus diligendum Deum, quàm seipsum, itemq; præceptum charitatis de Deo magis diligendo, sunt instituta ad perficiendum hominem, ut is est præditus naturâ intellectuali. Ergò minimè repugnant inclinationi naturali ipsius, sed addunt potius aliquid perfectionis ad eam.*

Et simul diluuntur argumenta Valentiani.

Respondeo. Inclinatio naturalis duplex est: Una *languidior*, quæ oritur ex notitiis naturalibus, suadentibus, Deum creatorem magis esse dili-

diligendum, quàm creaturas. Altera [illegible] & præ[illegible] ex labe originali, hominem ad dilectionem [illegible] Dei solicitante, & abripiente. Dico igitur, qu[illegible]d pr[illegible] tis repugnet inclinationi naturali, forti[illegible] & [illegible] tem illi languidiori, siquidem lex naturæ & lex [illegible] invicem. Absurdum verò minimè est, quòd præce[illegible] versetur propensioni, ex peccato originali profluenti. Ad [illegible] per peccatum natura inclinatur, illud præcepta [illegible] mirum non est, quòd divina mandata inclinationi [illegible] ortæ repugnent. Ratio verò *Valentiani*, quam affe[illegible] non tangit scopum. Quando enim ait: *Quod [illegible] endum hominem, ut est præditus naturâ intellectuali, [illegible] illi secundum naturam intellectualem, & ejus i[illegible]* benter concedimns, quia loquitur de inclinatione, ex [illegible] ctuali, in quantum est intellectualis, fluente. Quum a[illegible] charitatis dicitur repugnare inclinationi natura[illegible] de inclinatione, quæ fluit ex natura intellectuali, qu[illegible] nus per peccatum corrupta est. Nam naturale dicitur non [illegible] lud, quod ex principiis naturæ fluit, ut propria ei[illegible] hoc, quod naturæ annascitur, & illi arctissimè adhæret, ut peccatum originis, & propensiones vitiosæ, ortum ex eo trahentes.

Secundum ita formatur col 702. D. *Nulla inclinatio natur[illegible] minis est ad id, quod simpliciter est malum homini. Sed dilig[illegible] magis quam Deum, est simpliciter malum homini:* Ergò *nulla est a[illegible] naturalis inclinatio hominis.* Major probatur. Nam *omnis natur[illegible] clinatio quum sit à Deo bono naturæ indita, est conveniens & condu[illegible] homini, atq; ideò bona & recta; si quæ autem inclinatio esset ad [illegible] cundum se simpliciter est malum homini, ea profectò censeri n[illegible] veniens & bona ipsi homini, propter quod etiam verè dici solet pecc[illegible] mne esse* contra naturam hominis, *quia scilicet homo secundum natu[illegible] suam minimè in id propendeat, quod per se simpliciter sit [illegible] mal[illegible] adeò peccatum. Itaq; malè omninò* Gabriel *concedit, etiam e[illegible] in [illegible] inclinationem naturalem ad malum, scilicet illam, quæ, ut G[illegible] putat, est in homine ad diligendum magis seipsum, quam Deum.* Minor *autem probatur.* Nam *hoc ipso, quòd aliquis magis appretia[illegible] quàm Deum, anteponendo videlicet amorem sui, quo sibi rem a[illegible] utendum vel fruendum velit, amori & amicitiæ Dei, qui u[illegible]*

...ret talis gravi præcepto inhibeat; hoc ipso, inquam, offendit aliquis ...raliter Deum, juxta illud Matthæi 10. Qui amat Patrem aut matrem plus, quàm me, non est me dignus. *Et Lucæ 14.* Si quis venit ad me, & non odit patrem & matrem, adhuc autem & animam suam propter me, non potest meus esse discipulus: *Ergò hoc ipsum, quod est magis diligere seipsum, quam Deum, est homini malum simpliciter. Et hæc fuit probationis Minor, sequitur ergò conclusio.*

Respondeo. Recurrit ambiguitas superius evoluta. Nam nulla quidem inclinatio naturalis, quæ naturam per fluxum essentialem insequitur, est ad id, quod simpliciter est malum homini: Attamen quædam inclinatio naturalis, nimirum quæ non per fluxum essentialem, sed per adhærentiam perpetuam ex prima nativitate talis est, ad id esse potest, quod simpliciter est malum homini. Sic ipsa concupiscentia prava est sanè naturalis inclinatio, & nihilominus hominem ad illud incitat, quod simpliciter malum est.

Tertium argumentum proponitur, col. 703. B. C. D. in hunc modum: *Nullus actus, qui prohibetur per dictamen ipsum legis naturalis, est secundum naturalem inclinationem hominis:* Sed *actus diligendi seipsum magis, quàm Deum, prohibetur dictamine legis naturalis.* Ergò *hic actus non est secundum inclinationem naturalem.* Major *probatur.* Nam *lex naturalis non evertit, sed statuit inclinationem naturæ hominis. Nam & ex ipsa inclinatione naturæ intellectualis colligitur potius, quodnam sit rectum dictamen rationis, quo scilicet continetur ipsa lex naturæ.* Minor *autem probatur.* Nam *lex naturalis injungit contrarium actum, scilicet diligendi Deum appretiativè magis, quàm seipsum; Ergò vetat actum diligendi magis seipsum, quàm Deum.* Antecedens *probatur tripliciter:* Primò. *Nam præceptum de diligendo Deo super omnia, atq; adeò super seipsum, est præceptum decalogi: Ergò est naturale: Præcepta enim decalogi, quæ etiam Ecclesiæ sunt à Christo commendata, præcepta legis naturalis sunt, ut docent communiter Theologi, ad quæ Christus solùm addit præcepta quædam fidei & Sacramentorum.* Secundò *probatur idem Antecedens. Nam dictamen legis naturæ jubet omninò id facere, quod est necessariò faciendum ad vitandam gravem Dei offensam. Est autem ad hoc necessarium diligere Deum appretiativè plus quàm seipsum.* Tertiò *probatur idem antecedens. Nam lex naturalis jubet diligere Rempublicam, verbi gratiâ, plus quàm seipsum, oppetendo etiam mortem, si opus sit, pro Republica atq; adeò postponendo Reipublicæ bono, summum etiam bonum, quod possit homo negligere*

ob amorem alterius, scilicet ipsam vitam: E[illegible] diligere Deum magis, quàm seipsum. Probatur [illegible] qu[illegible] etiam naturalis rationis multò majus & amabilius bon[illegible] honor, quàm Respublica, & multò etiam plus d[illegible]et [illegible] Reipublicæ. Assumtum autem probatur. Nam laudantur m[illegible] phis ii, qui pro Republica mortem oppetiverunt, t[illegible]nquam executi id, ad quod tenebantur ex lege naturæ, juxta illud [illegible] in libris de Officiis; Charitatem Patriæ *omnium ha[illegible]*

Respondeo: Hæc etiam objectio per dist[illegible] facilè diluitur. Nam major, *Nullus actus, qui pro[illegible] ipsum legis naturalis, est secundum inclinationem naturale[illegible]* ra est de inclinatione per fluxum essentialem natural[illegible] de [illegible] probatio majoris loquitur; sed falsa est de inclinatione [illegible] scentiam & perpetuam adhærentiam naturali. Sic actus [illegible] scentiæ pravæ, quibus appetuntur illicita, prohibentur p[illegible] legis naturalis, & nihilominus sunt fiuntque [illegible] nd[illegible] natura[illegible] inclinationem hominis. Ipsa enim concupiscentia, à quâ ori[illegible] homini connata vel naturalis est, non quidem qu[illegible] fiuat e[illegible] sed quoniam connascitur cum natura, & illi perpet[illegible] adhære[illegible] quibus omnibus videre est, quòd argumenta Valentiani ex[illegible]ra o[illegible] gentur, ideoque simpliciter asseri non debeat, quòd homo [illegible] dum inclinationem naturalem magis inclinetur ad diligend[illegible], Deum; quàm ad dilgendum seipsum. Hoc enim ver[illegible] e[illegible] xat κατά τι, respectu inclinationis languidioris ex recta ratio[illegible] & notitiis naturalibus ortæ; falsum verò, si absolutè intelliga[illegible] præter inclinationem illam languidiorem datur in homine alia in[illegible] natio naturalis, vel ipsi connata, priore multò fortior, quâ h[illegible] renatus ad creaturas & seipsum magis, quàm ad Deum dilige[illegible] totus inclinatur, & velut abripitur, imò accuratè loquendo in ho[illegible] ne non renato datur tantùm dictamen rectæ rationis d[illegible] a[illegible]ando D[illegible] non autem aliqua nativa propensio, quia per naturam quippe to[illegible] corruptam, homo semper in malum propendet & fertur. Solicit[illegible] ad bonum in non renato est magis persuasio Ethica, quàm incli- natio quædam physica, per quam natura in bonum feratur, vel pronus ced- datur.

Virtutibus Theologicis.

QUÆSTIO XI. ET ULTIMA.

An dilectio amici perfectior sit, quàm dilectio inimici?

Affirmativa placet *Gregorio de Valentia*, qui Tomo 3. disp. 3. quæst. 5. puncto 3. col. 734. B. scribit: *Esse perfectiorem, & magis meritoriam dilectionem amici, quàm inimici, per se loquendo*; atq; hanc opinionem tribuit *Thomæ*, 2. 2. quæst. 27. art. 7. & *Scholasticis* communiter, in 3. distinct. 30.

Affirmat Valentianus.

Verùm argumenta ejus sunt levia, nec Thomas ita sentit per omnia.

Argumentum urget geminum. 1. *Quoniam* dilectio amici sit de objecto materiali præstantiore & magis conjuncto ipsi diligenti, atque etiam Deo. Hæc ratio ita formatur apud Thomam, loc. d. *Illud, quod melius, est magis perfectum, & magis meritorium. Sed melius est diligere amicum, quia melius est diligere meliorem; amicus autem, qui amat, est melior inimico, qui odit.* Ergò *diligere amicum est magis perfectum & meritorium.*

Et profert duo argumenta, quæ refutantur.

Respondeo. *Aliud* est perfectio, dignitasq; objecti; & *aliud* est perfectio ipsius dilectionis. Qui amicum diligit, is quidem circa objectum in se melius & præstantius fertur, quàm si diligeret inimicum: interim tamen ipsa inimici dilectio in se perfectior & intentior est, quàm dilectio amici. Ab externa igitur perfectione objecti, ad internam dilectionis perfectionem non licet argumentari. Sic illud, *melius diligere amicum, ceu meliorem, quàm inimicum, ceu pejorem*, non potest absolutè concedi. Nam per τὸ melius *vel* intelligitur bonitas actus sive Charitatis; *vel* utilitas agentis sive diligentis. Amicum amare non est actus melior, perfectior, præstantior; quàm inimicum amare, ut ostendemus infra; utilius tamen est amare amicum, quàm inimicum, quia ille amantem redamat & benefacit; hic secus. Referri huc quodammodo potest distinctio *Thomæ*, lib. d. ita disserentis: *Cum quæritur, quid sit melius vel magis meritorium, utrũ diligere amicum vel inimicum, dupliciter istæ dilectiones comparari possunt.* Uno modo *ex parte proximi, qui diligitur*, alio modo *ex parte rationis, propter quam diligitur.* Primo quidẽ modo *dilectio amici præeminet dilectioni inimici, quia amicus & melior est, & magis conjunctus. Unde est materia magis conveniens dilectioni. Et propter hoc actus dilectionis super hanc materiam transiens melior est, unde & ejus oppositum est deterius. Pejus enim est odisse amicum, quàm*

inimicum. Secundo autem modo *dilectio inimic*[illegible] Primò quidem, *quia dilectionis amici potest [illegible] alia* [illegible] *sed dilectionis inimici solus Deus est ratio.* Secundò, *qu*[illegible] *uterque propter Deum diligatur, fortior ostenditur esse* [illegible] *mum hominis ad remotiora extendit, scilicet usque ad di*[illegible] *rum, sicut virtus ignis tantò ostenditur esse fortior, quanto* [illegible] *diffundit suum calorem. Tanto ergò ostenditur, divina* [illegible] *quantò propter ipsam difficiliora implemus, sicut & virtus* [illegible] *fortior, quantò comburere potest materiam minus com*[illegible]

Ex quibus apparet ulterius, Thomam non pron[illegible] b[illegible] quòd melius & perfectius sit diligere amicum, quàm inimicum, [illegible] tamen Valentianus ipsi tribuit: sed hoc tantùm affirm[illegible], d[illegible] amici præeminere quoad objectum; sed non quoad ipsam [illegible] intensionem & formam.

2. *Quia* majus peccatum sit, odio prosequi amicum, quam inimicum. Ergò è contrario melius & magis meritorium [illegible] diligere amicum.

Respondeo. Hoc argumentum potius inverti debet, ideoque [illegible] ti gravius est peccatum, odio prosequi amicum, quàm inimicum; sic contrà perfectior virtus est, diligere inimicum, quàm amicum. [illegible]dus (qui Valentiano hac in quæstione contrarius) in 3. d[illegible] 30. quæst. 2. circa finem ita respondet: *Dicendum, quòd in illis, in quibus* [illegible] *num se habet per additionem ad alterum, tenet consequentia* [illegible] *& non consequentia in ipso, ut patet in vivere & esse, sicut omne, quod vivit,* [illegible] *omne, quod non est, non vivit. Et quia dilectio inimicorum se habet per additionem ad dilectionem amicorum, quam aliquo modo includit, ideo sicut melius est diligere inimicum, sic pejus est odire amicum.*

Quum igitur Valentiani rationes tam sint infirmæ, contrariam præferimus sententiam; & censemus, dilectionem inimici (licèt non sit magis meritoria; quum nulla dentur merita bonorum operum) perfectiorem tamen esse, quàm amici dilectionem.

Contrarium verò probatur. Ex Matth. 5. v. 44. Confirmamus hoc 1. Dicto Salvatoris, Matth. 5. v. 44. 45. 46. 47. 48. quando ait: *At ego dico vobis: Diligite inimicos vestros; benefacite* [illegible] *mini devoventibus vos; benefacite iis, qui vos odio prosequuntur, & orate pro iis, qui lædunt & insectantur vos.* v. 45. *Ut sitis filii Patris vestri, qui in cælis est. Qui solem suum exoriri facit super malos & bonos, &* [illegible] *mittit super justos & injustos.* v. 46. *Nam si dilexeritis eos, qui diligunt vos,* quæ

Virtutibus Theologicis.

quod præmium habetis? nonné & Publicani idem faciunt? v. 47. Et si com- plexi fueritis fratres vestros tantùm, quod ceminium facitis, nonné & Publi- cani sic faciunt? v. 48. Eritis igitur vos perfecti, quemadmodum Pater ve- ster, qui in cœlis est, perfectus est. Hic confertur dilectio amicorum cum dilectione inimicorum. Et innuit Salvator, illam minus esse perfe- ctam, quum Publicani etiam & Ethnici amicos fratresq; suos diligant; hanc verò esse perfectiorem, quia magis imitetur exemplum Dei perfe- ctissimi, qui Solem suum oriri faciat super bonos & malos. pluatq; su- per justos & injustos, unde concludit: Estote igitur perfecti, sicut & Pater vester perfectus est; hoc ipso docens, illos perfectè diligere, qui inimi- cos unà diligunt; non autem eos, qui tantùm amicis benefaciunt.

Ex Rom. 5. v. 8.

2. Testimonio Pauli, Rom. 5. vers. 8. Commendat Deus charitatem suam in nobis, quoniam quum adhuc peccatores, (atque sic inimici, ut ad- ditur v. 10.) essemus, Christus pro nobis mortuus est. Si ergò summa cha- ritatis divinæ perfectio elucescit ex hoc, quòd Christus amavit inimi- cos, & pro iis mortuus est, sequitur certè, quòd perfectior sit actus, di- ligere inimicos, quàm amicos.

Ex ratione.

3. Ratione. Nam ad dilectionem inimici multò major conatus, & fortior carnis reluctantis suppressio requiritur, ex quo promtum est colligere, quòd amor inimici sit perfectior dilectione amici.

Et Valentiani confessione.

4. Confessione ipsius *Valentiani*, qui col. 735. D. sic concludit: *Et si hoc ita sit; tamen non est negandum, quin soleat amor inimicorum esse indicium majoris & perfectioris charitatis habitualis, & aliquando etiam per accidens esse intensior ob difficultatem, quæ superatur adhibito majori charitatis conatu: quæ causa est, cur interdum dilectio inimicorum meritò magis laudetur.* Quòd si ergò amor inimicorum est indicium perfectio- ris charitatis habitualis, non video, cur dilectio amici, dilectioni inimicorum præferri, & pro magis perfectâ haberi debeat.

SECTIO II.
QUÆSTIONES POLITICAS PROPONENS.

Dispescemus eas in sex distincta capita, & agimus

1. De Regimine in genere.
2. De Magistratu, ejusq; officio.
3. De Subditis.
4. De Legibus.
5. De Judiciis.
6. De præmiis & pœnis.

CAPUT I.
DE REGIMINE
QUÆSTIO I.

An Monarchicum regimen absolutè sit optimum, & per consequens Ecclesiæ quoq; administratio uni homini & Pastori debeat committi?

Affirmativã tenent Pontificii.



Ro *affirmativa* certant omnes Pontifici qui ... quam suo Vejovi vel Papæ Romano ... cōcilient, primùm in genere disputant ... Monarchiam esse omnium præstantissimum R..., & hinc inferunt, Ecclesiæ gubernationem concedendam esse uni homini & Pastori summo, qui sit Romanus Pontifex. Si verò memores essent ... illius veteloquii, quod Apostolo Petro a nonnullis adscribitur, ... γραφῆς; profectò haut adeò occupati essent in politicis M... laudibus decantandis. Etenim, annōn Scriptura potius consulenda, quàm Politicorum Schola, si de optimo Ecclesiæ regimine certi quid statuere velis? Fatemur perlubenter, quòd administratio Ecclesiastica sit optima, ejus autem modus & qualitas è Scripturis haurienda, non è lacunis politicorum derivanda est. Quantumvis enim vel diutissime ...

ro Monarchiiæ; *alii* pro Ariſtocratiæ laudibus decertaverint, nil
cient vel Monarchiæ defenſores, ſi Chriſtum Eccleſiam Ariſtocra-
gubernare velle oſtendatur; nil Ariſtocratici, ſi Monarchicum re-
men in Scripturis præceptum demonſtretur. Non illud optimum pu-
ar Eccleſiæ Regnum, quod dictatis politicis, & rationi noſtræ con-
ientiſſimum; ſed potius, quod à Chriſto optimo & ſapientiſſimo
ege, eſt inſtitutum & commendatum.

Quapropter in frontiſpicio ſtatim diſſertationis hujus *duo Jeſuvvi-
tum crimina* notari velim: quorum *primùm* eſt malitiæ; *alterum* im-
itiæ; vel potius conjunctim *imperitæ malitiæ*, & *malitioſæ im-
æ*. *Sed accuſamus eos non immeritò.*

Malitioſum eſt, quod themate iſto de regiminum præſtantia le-
rem detinent, & integros libros replent ſuis ratiunculis, quum ta-
niſta omnia ad rem nihil faciant. Rationem expoſcis? In promtu
& modò dicta eſt, quoniam excellentia regiminis ſacri non ex opi-
nione politica; ſed ex ordinatione Dominica unicè æſtimanda eſt.
n Ariſtotelicam, ſed Apoſtolicam Eccleſiæ formam quærimus; igi-
*à regimine politico ad Eccleſiaſticum, à Philoſophico ad Theologicum, ab
Ariſtotelico ad Apoſtolicum, non valet conſequentia.* Proinde hoc im-
um, & irrefragibile fundamentum pono: *iſtud tantùm optimum Ec-
æ regimen eſt, quo Chriſtus eam regi voluit & præcepit:* contrà, *quo
voluit, non præcepit regi, iſtud optimum non eſt, etiamſi ab omnibus po-
pro optimo habeatur.* Cujus fundamenti ratio in Chriſti & pro-
ntia, & ſapientia tota recumbit. Etenim hic ſummè providus, & in
eſiam ſuam, tanto redemtam pretio, benevolentiſſimus eſt. Ergò
ii etiam optimo eâ modo in his terris gubernari. Viciſſim eſt ſum-
ſapiens, & in eo πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυ-
Col.2.v.3. Ergo & potuit optimũ regiminis modũ præſcribere; quâ
ſtate & voluntate poſitâ, ipſe etiam actus ponitur: *quæ enim voluit,*
dicitur Pſ.115.v.3. & ὅσα θέλει γίνεται, inquit *Damaſcen.* lib.2. Orthod.
i, c.29. id quod de voluntate ſimplici, nec à conditionibus depen-
te certiſſimũ eſt. Quum igitur ἀναμφισβητήτως verũ ſit, Chriſtum in
iptura omnium optimũ Eccleſiaſticæ gubernationis modũ præſcri-
e; cadunt profectò omnia, tanquam prorſus infrugifera, & imper-
entia, quæ vel *Nicolaus Sanderus*, vel *Robertus Bellarminus*, vel *Jaco-
Gretzerus*, de monarchiæ dignitate in ſuis tricubitalibus commen-
tatio-

Partim ob malitiam.

tationibus hinc inde disputârunt. Etenim quum perint, *optimum regimen, optimo regimini modo adm* ferint, *Monarchicum esse* optimum; ibi probationes afferant necessum est, si quid obtinere voluerint. Non quicquid etiam blateraverint de Monarchia, Christum optimum modum præscribentem Monarch pisse, sed potius prohibuisse. Ad igitur argu stias futissimum etiam Jesuwitam, ut fateatur, *aut* Ch non præcepisse optimum gubernationis Eccl pertinentia esse omnia argumenta hilosophi Monarc lentia desumta, initiumq; disputationis non a poli Christi institutis faciendum. Atque hoc est, quod Theolog *Colloquio Ratisbonensi* semper urserunt, al am *R publica* *sia* rationem esse, nec hujus gubernatio em ad formandam, ob contrariam Christi dispositionem & acutus sibi videtur *Gretzerus*, l. 1. de P. R. cap 1 bstrahen ab omni gubernatione, Ecclesiastica & civil, & duntaxat præstantiam regiminum in se considerans. *Verum* & ista sertatio hîc est aliena & impertinens. Quid enim opus, ut nos ceremus genericâ Monarchiæ consideratione, s. Chr in clesiam non Monarchicè administrari voluit. Tandem est, ut, velint nolint, in Scripturæ circumincludantur, & las, tanquam inefficaces, missas faciant. Et hoc primum mirum, crimen est.

Partim ob imperitiã. *Alterum* verò *imperitiæ est*, quòd gravissimum Theologicum thema, πρώτως ex Philosophorum commentis definire tentant, & contra τρόπον παιδείας pueriliter peccant. Præcipit ipse Philosophus *lib. 1. ad Eudem. c. 6.* ut quæstiones demonstrentur οὐκ ἀλλοτρίοις, ἀλλὰ τοῖς οἰκείοις λόγοις. Φιλοσόφου γὰρ τὸ τοιοῦτο περὶ ἕκαστον μεθόδου. *non peregrinis, sed propriis rationibus, quia hoc maximè Philosophicum in omni methodo. Lib. 1.* Poster. Analyt. c. 7. ait οὐκ ἄρα ἔστιν ἐξ ἄλλου γένους μεταβάντα δεῖξαι; *Non licet demonstrando de genere in genus transire.* Præcipuè verò in Theologicis rebus crassissimæ ignorantiæ argument medium demonstrationis ex Philosophia, atq; sic aliena pharetra depromere. *Quid* enim *Athenis cum Hierosolymis? quid Scholæ Ph rum cum Ecclesia Christianorum commune*: uti *Tertullianus* loquitur de præscript. Ferulâ igitur digni sunt Sophistæ Pontificii, eò quòd prin

& prin-

cipale argumentum pro primatu Romanensi, non ex Scripturis nis, sed ex dictatis Philosophicis mutuantur. *Bellarminus* profectò, anis sui, semel præscripti, fuit immemor, dum aliàs plerumq; primū mentandi mediū è Scriptura, ultimūm è Philosophia desumit: hîc rem & causæ diffidens, & prædecessorū vestigia premens, inverso or- rationes Philosophicas præponit, Scripturarum testimoniis, quæ hoc negotium detorquet, postpositis. Unde firmiter colligo, prima- Papalē πρώτως arenoso fundamento esse superstructum, rationis manæ inventum, non Christi institutum, aut è Scripturis extructum na. Nam *Christianos volentes accipere firmitatem fidei veræ, ad nullam confugere decet, quàm ad Scripturā sacram:* Chrysost. in Matth. hom. *Magnum* enim *periculū est, res fidei humanis committere rationibus*: Idē 1. in Genesin. Jam verò Episcopi Romani Monarchia, dicente *Pa- ob. nne XXII.* est de necessitate salutis; est res fidei, scribente *Bellarmi-* 1. de P. R. c. 12. col. 754. D. Et nihilominus probationē hujus articuli ... & πρώτως ex politicorum asseveratione, non Scripturarum ... ificatione deducunt: unde quid aliud juxta *Chrysostomum* concludi est, quàm in magno ipsos versari periculo, moremq; disputandi istianum haut observare?

Augustinus *l. 4. de Trin. c. 6.* tria quidē innuit dissertationū Theo- gicarum principia: 1. Scripturā, 2. Ecclesiam. 3. rationem, quū inquit: *nemo Christianus contra Scriptutram, nemo pacificus contra Ecclesiam, ne- mo sobrius contra rationem sentit*: sed primo omnium loco, tanquam ... & principale στοιχεῖον locat Scripturam; Ultimo Philosophiam seu rationem, quam accuratam disputationis legem & methodum quum perturbent hac in controversia Pontificii, quid sani aut orthodoxi ab ultrà sperari aut expectari poterit? Si ex Scriptura prius probatam dedissent Monarchiam, (id quod ad Calendas Græcas præstare pote- ... tum ultimo loco ἐπεισάγμα[?]ος instar apponere potuissent istum Monarchia discursum Philosophicum. Quia verò in prima acie po- nunt, pro imperitis & malis disputatoribus non immeritò habentur.

Supersedere igitur possemus ulterioris istius quæstionis politicæ, nquā ineptæ & inefficacis, consideratione, & Jesuwitas tùm ἀσκόπως, ... impertinentiā, tùm ἀτόπως ob saltū generis, disputantes, ad Scripturā ... revocare; attamen, quia ipsis placet, humanitus inventū primatū, ... onis etiā humanæ argumentis primò confirmare, agite, audiamus ... lisper ipsorū discursum de Monarchia, & hinc deducto primatu Ro- mano.

Ab omnibus usurpata, & primò i[illegible] *Monarchia sit optima*, & præstantissi[illegible]a guber[illegible] mineat præ aliis omnibus, ita, ut simplex Monarc[illegible]a, [illegible] cratiæ & Democratiæ, simpliciter & abs[illegible] eyus concludunt, Ecclesiam μοναρχικῶς [illegible] optimus regiminis modus in ea vigere & obse[illegible] *Costerus* in Enchirid. cap. 3. pag. 115. Ita *Nicolaus San*[illegible] narchia Ecclesiastica: Ita *Bellarminus*, Ita *Gretz*[illegible] & seqq. qui tamen cap. 3. hanc afferunt limita[illegible] *temperata*, hoc est, Aristocratiæ ac Democratiæ [illegible] quidem est summus princeps, sub eo tamen, ob negoti[illegible] dorũ multitudinem, sunt alii minores principes) i[illegible] quàm simplex, adeoq; etiam Ecclesiasticam Mon[illegible] sem, sed temperatam esse debere contendunt.

Deinde distinguimus inter Monarchiam universalē & particularem.

Hæc ipsorum mens est, & sententia, de qua qui[illegible] exponam, ante omnia distinguo inter Monarchiam [illegible] lem, & Monarchiam *quodammodo particularem*, [illegible] donec alius commodiores suggesserit.

Universalem voco, quæ includit universalit[illegible] norum, jurisdictionis & potestatis: quando unus est, vel esse [illegible] minus omnium omninò hominum, simulq; potestatem [illegible] mnem, & secularem, in fortunas & bona externa, & spir[illegible] nimas, vel bona interna omnium hominum, in toto te[illegible] viventium.

Particularem verò Monarchiam appello, ubi unus q[illegible] & Monarcha, sed 1. non habet omnem; sed tantùm vel secularem, [illegible] Ecclesiasticam potestatem; 2. non super omnes; sed tantùm aliquos homines, sive illi sint potior mundi pars, sive non sint; 3. nec in om[illegible] bona, sed tantùm in bona vel politica, vel Ecclesiastica.

Universalē Papistæ tribuunt Papæ,

Jam verò, quam Pontificii Monarchiam intelligant, o[illegible] esse nemini potest, qui vel unicum hoc ponderaverit pronun[illegible] *A-vari Guerretii*, quod legitur lib. de Jure Pontif. Rom. cap. 16. his verbis: *Principatus summi Romani Pontificis non solùm ad spiritualia, s[illegible] temporalia se extendit, ita quòd in toto terrarum orbe jurisdicti[illegible] bet temporalem.* Addatur audax effatum *Papæ Johannis XXII.* Extravag. de Majoritate cap. Unam sanctam, *Esse nimirum omninò de[illegible] lutis, omnem humanam creaturam subesse Papæ Romano*: ubi tantam [illegible]

...itatem intelligunt, ut ne quidem Angelos & diabolos excipiant, ...um notum est ex mandato *Clementis VI.* ad Angelos facto.

Videtur quidem *Bellarminus* reliquis Pontificiis nonnihil mode... *l. 5. cap. 2. & seqq.* dum Papam nec totius mundi, nec totius orbis ...istiani dominum esse disputat; verùm in modo duntaxat ab aliis ...entit, in re autem per omnia consentit. Etenim cap. 7. scribit: *Pa... posse mutare regna & uni auferre, alteri conferre:* posse *condere le... civilem, vel confirmare & infirmare leges Principum:* Cap. 8. dispu... *potestatem civilem subjectum esse potestati spirituali*; atq; ita Pontifici ...mam & universalem Monarchiam cum aliis concedit; verùm non ...em modo; sed diverso, nimir. indirectè non directè. Quum autem ...us rem non variet, manet hoc, quòd omnes, & Pontificii, & Jesu...tæ Papam Romanum, velut universalem Monarcham, utroq; gladio ...ctum, colant & venerentur.

Adde, quòd reliqui Papicolæ ejusdem non sint sententiæ cũ Bel...ino, siquidem *Alexander Correrius*, JCtus Patavinus, Anno 1599. ...de potestate Pontificis libros edidit, in quibus Bellarminum acri... infectatur, Papamq; non secus ac Christum, cujus sit Vicarius jure ...ino, & directè, totus orbis dominum esse, omnemq; potestatem ha...re contendit, quem vicissim *Gretzerus*, lib. 5. c. 4. & 5. refutavit, unde ...paret; tum summa, scilicet, fratrum istorum consensio; tum infalli...s certitudo Papistica, in summo & necessario, ut ipsi vocant, salutis ...iculo, de Pontificum potestate. Conveniunt quidem in eo, quòd ha...eat summam potestatem, unde autem habeat, an à Deo, vel ab homi...us, & num ordinariè vel extraordinariè, directè vel indirectè habeat ...treme dissentiunt.

Sed digladientur fratres isti Cadmei de principio, modoq; potesta... quamdiu velint; Ego de reipsâ acturus, Universalem & illimitatam ...onarchiam ut pro optimo regimine habeam, tantùm abest, ut potius ...a voce eam 1. in *Scripturis rejectam.* 2. *Impossibilem.* 3. *perniciosam* ..., constanter pronunciem. *Sed dicimus eã esse*

In Scripturis rejectam dico Monarchiam, universalem, ...one *ordinationis*, ratione *prohibitionis*, ratione *prædictionis divinæ.* *1. In Scripturis rejectam.*

Ordinatio Dei in eo consistit, quòd distinctissimos semper voluit ...e ordines, politicum & Ecclesiasticum, id quod non modò per diver... ...a ad eos facta mãdata, per diversas functiones & jurisdictiones, iis *Ratione ordinationis divinæ*

 assigna-

assignatas: sed etiam in Vet. Test. disti… vo… indicare voluit. Jam verò si penes unu… S… a … & politicorum & Ecclesiasticorū negotiorum, c… statuum distinctio, siquidem unus idemq; … lis Monarcha, adeoq; in uno subjecto concurr… distincti; quòd certè contra plurima est Scrip… tatem istam indicantia, & confusionem …

Ratione probibitionis. *Prohibitio divina* clarissimis verbis concep… Matth. 20, v. 26. Marc. 10. v. 42. οἱ βασιλεῖς τῶν … ὑμεῖς ἢ οὐχ οὕτως. *Reges gentium dominantur, vo…* nihil amplius valebit ista distinctio Bellarmi… *9. col. 635. D.* Christum non omnem; sed *tantum … bibuisse.* Etenim si ita sit, utiq; Ecclesiastica persona, vel Ep… siæ, non poterit simul esse Princeps politicus, & pot… cularem, quoniam tum etiam dominaretur, ut Rex g… autem discrimen facit inter Reges politicos do… & inter Apostolos non dominantes; Ex quo sequitur invictè: M… salem à Christo esse prohibitam; aliàs dominium istud … quo Christus verba facit, unà cum jurisdictione Eccle… in … persona, contra manifestam Christi assertionem, Vos n… reret. Quod ipsum etiam evincit Aphorismus Apostolicu… 4. *Nemo militans Christo* ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ … πραγματείαις … se negotiis secularibus. At quomodo non implicaretur … Episcopus, si unà politicus Princeps foret, & temporalem juri… tum haberet, tùm exerceret.

Et ratione prædictionum. *Prædictio divin a*, Universalem Monarchiam impugnan… triplex: Nam evincunt hoc prædictiones, 1. *hæresi…, 2 per… Ecclesiæ*, & 3. *perpetuorum bellorum, & dissensionum … rum in regnis.* Si enim Christus voluisset esse unum … chiam; cui omnes necessariò parerent, & qui omnes ad suum … cogere posset, unde, quæso, orirentur hæreses, unde perse… bella, & dissensiones? Annon iste Monarcha universalis … comprimere; annon persecutores compescere, atq; sic … Regno suo conservare posset? Neq; d… potest, habe… apam … istam, sed ob hominū perfidiam exercere … posse, … fit, dedisse Deum Papæ jus in regna to… & non d… quam facultatem utendi ejusmodi jure, dic…

…sse

adde prædictionem propheticam, *Dan.7.* de quarta Monarchia semper duratura. *Aut* enim Romanus Imperator non erit Monarcha; *aut* sequetur, eum unà Ecclesiarum omnium debere curam & inspectionem habere. Non enim duo possunt aut debent esse Monarchæ juxta ipsos, sed unus Oecumenicus. Ast in Scriptura prædictum fuit, Monarcham Romanum usq; ad finem mundi duraturum. Aut ergo hic, aut planè nullus alius erit Monarcha Oecumenicus, quod ultimum quoq; est verissimum. Legimus quidem *Dan. 11. v.36.* de Rege, qui sit omnia facturus juxta voluntatem suam, & universalē Monarchiam affectaturus. Item *2. Thess.2. vers.3.* de homine peccati, qui sese sit elevaturus super omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur; & *Apoc.13.v.11.* de bestia, quæ sit omnes ferè seductura; *cap.15.v.1.* de meretrice magna, cum qua fornicentur Reges terræ: Verum hæc omnia tanquam Antichristi magni signa censentur, quæ quia completa videmus in affectata Papæ Monarchia universali, aliud certè inferre non possumus, quàm enim esse toties prædictum Antichristum, non autem legitimum, & à Christo ordinatum Ecclesiæ Episcopum Oecumenicum.

II. Impossibilem dico talem monarchiam, (1.) *quia* nemo tam potens, ut universum sibi mundum subjiciat. Quis enim Turcam, quis Persas, quis Moscovitas expugnabit, ut omnium regnorum unus sit Dominus? Quis hæreses, quis Antichristum tollet, ut omnium hominum una sit religio, unus sacerdos summus? 2. Nemo tam sapiens, ut omnium controversiarum politicarum & Ecclesiasticarum, in toto orbe occurrentium, judex esse queat. Neq; juvabit Pontificios, etiamsi dixerint, posse eum in singulis provinciis suos habere legatos. Semper enim ab horum sententia & judicio appellabitur ad summum Monarcham, quem in uno tantùm loco existentem, remotissimi populi consulere non poterunt, quin & ipsum omnes hominum lites & controversias, vel saltē graviores audire, annon ἐκ τῶν ἀδυνάτων est? Impossibilia autem & velle & suadere, stultum putatur: μανία ἐστὶν ὑπὲρ δύναμιν ἐγχειρεῖν, scribit *Demosthenes*. *2. Impossibilem.*

III. Perniciosam dico, quia (1.) conscientiis injiceretur vinculum, si dum summus ille Monarcha omnes ad suam fidem cogeret. Illo igitur cadente, tota Ecclesia caderet, vel certè in summas angustias redigeretur. (2.) foret hoc in Deū & Angelos contumeliosum. Non enim solus Deus amplius Rex Regum, & Dominus dominantium esset; sed unà cum eo fictus hic Monarcha universalis: de beatitudine sua deji- *3. Perniciosam.*

cerentur Angeli, si quævis jussa, etiam importuna [illegible] Regis exequi deberent. Homini quidem servi[illegible]nt [illegible] verùm solius Dei mandatum. (3.) Regnum ipsum [illegible] tyrannidem. Si enim unus haberet summam pot[illegible] ob annatam homini superbiam fieri posset fac[illegible] sæviret, quis ei omnia pro lubitu, contra fas & jus ge[illegible]

Particularis etiam Monarchia non semper nec absolutè est optima regiminis forma.

Quod autem porrò *particularem* attinet *Monar*[illegible] liticì loquuntur potissimum, dubitant certè pluri[illegible] omnium gubernandi formarum præstantissima [illegible] rium sit, & impudens, ne quid gravius dicam, e[illegible] quod *lib.1. de P.R.c.2.* legitur: *Conveniunt*, inqui[illegible] (nempe Monarchiam esse optimam) *veteres omnes* [illegible] *Græci, Latini, Theologi, Philosophi, Oratores, Histori*[illegible] non omnes ii, qui in antiquis vixerunt Rebuspublicis [illegible] vel Democratiam, & verbis & factis Monarchiæ præt[illegible] existimâssent, optimū gubernandi modum non esse [illegible] narchicum; certè & hunc elegissent, & Aristocra[illegible] Democrat[illegible] statui nuncium misissent. Hodierno quoque die [illegible] Re[illegible]publicæ [illegible] gentis beneficio loco habent, quòd nulli subsint Principi aut Regi, quibus adeò placet sua Aristocratia & Democratia, ut vitam quoq[illegible] profundere malint, quàm uni Domino subjici.

Præterea multi fuerunt scriptores, qui Aristocratiam [illegible] Monarchiæ, ex quibus est *Patritius Senensis lib. 1.* de Instit. [illegible] bi disertè ait: *Tutiorem vitam arbitrandam esse censeo bene mor*[illegible] *publica, quàm cujusq; Principis.* Josephus lib. 4. Antiquit. c. 8. [illegible] *Aristocratia, & vita, quæ ex ea ducitur, res optima est, nec vos capiat desiderium alterius Reipublicæ.*

Hinc est, quòd communiter distinguant Politici inter τὸ [illegible], & τὸ αἱρετόν; & inter *Monarchiam in abstracto*, ratione sui, vel essen[illegible] & in *concreto*, ratione hominum vel existentiæ c[illegible]nsideratam; ad quam distinctionem quoq; digitum intendit *Cr[illegible]tzerus*, lib. 1. cap. 2 [illegible]

Si Monarchia *in se, & ratione quidditatis suæ* æstimetur [illegible] & omnia Monarchæ boni requisita præsupponantur, tum utique omnium est præstantissima forma; quo etiam sensu pleraque authorum dicta sunt intelligenda. *Quòd si autem* imbecillitas humana attendatur, & Monarchia consideretur, ratione existentiæ, q[illegible] solet & potest, non qualis esse debet; tum utique mul[illegible] dub[illegible]

dent[illegible]

…tur non immeritò, an Monarchia in omnibus nationibus semper …eligibilior & præstantior.

Bellarminus ipse *lib.1.cap.3.* præfert Monarchiæ simplici mixtam, …ex Aristocratia temperatam, si circumstantiæ, & ratio hujus vitæ …nderetur. Cur igitur tam prolixè *cap. 2.* disputavit de simplici statu Monarchico, fi&te & impossibilis, & in vita inutilis? Non enim de Platonicis Ideis disputamus, nec soliciti sumus, quid fieri debeat, sed …id fieri queat & soleat. Nam quis tam bardus foret, ut non præferret Monarchiam aliis statibus, si semper tales haberentur Reges, qui debitis essent virtutibus instructi, summè sapientes, pii, laboriosi, justitiæ studiis addicti, subditorum curam habentes, & negotia omnia, vel pleraque propriâ industriâ expedientes? Quia verò in hoc naturæ morbo ista quidem optari, vix autem sperari & expectari possunt; hinc certè magna de regiminum præstantia oritur disceptatio.

Quapropter, quum undiquaque dubium sit istud politicum problema, annón delirare putabimus Jesuwitas, quòd ex ambiguo, & in scholis politicorum nondum satis deciso themate articulum fidei, & dogma religionis deducere non erubescant? Sed non mirum est, homines istos dubia & arenosa fundamenta proponere, quum aliàs fide … dubitante plus delectentur, quàm immotâ & confidente.

Quod si verò quis rigorosè scire velit, quæ tandem forma regiminis sit præstantior, & semper eligenda in hac vita? illi responsum simplex & illimitatum dari vix poterit. Est enim problema istud ex utraq; parte dubium. Si *Monarchiam* absolutè prætuleris, urgebunt Theologi regimen Ecclesiasticum, quod optimum est, non tamen Monarchicum; Si *Aristocratiam* antepósueris, proferent Politici, Romani Imperii administrationem, quæ potius Monarchica, quã Aristocratica censetur.

Politici tamen moderni communiter ita respondent: Si *absolutè* spectetur τὸ βέλτιον; id est, hoc, quod ex natura rei præstantius est, utiq; perfectissimus politicus status est Monarchia. sin verò consideretur τὸ αἱρετόν, id est, non quidẽ id, quod suâ naturâ præstantius est, sed quod respectu vitæ humanæ & imbecillitatũ humanarũ utilius, sive optabilius est nõ semper aliis Reipublicæ formis Monarchia præferri debet, quia imbecillitas humana non semper concedit, ut unus aliquis reperiatur, qui cæteris omnibus, quos regere debet, virtute sit præstantior: Et si maximè daretur, nõ datur, qui semper vivat *Keckermann.* l.1.Syst. Polit.c.1.

Verùm abundet hîc quilibet suo sensu: mihi cum *Banosio*, l. de

poli-

politia civit. Dei, & hierarchiâ Romanâ, c. 12 lect. [illegible] videtur, omissis comparativis, in positivo loqu[illegible], & u[illegible] modum, tam Aristocraticum, quàm Monarchicum, [illegible] lem æstimare, eò quòd uterq; Dei sit ordinatio, ut[illegible] & etiamnum hodiè usitatus sit, uterq; etiã paria affert [illegible] moda. Nam quinq; istæ boni regiminis proprietates, [illegible] 2. pax, 3. robur, 4. diuturnitas, & 5. gubernandi facilit[illegible] stocratico, quàm Monarchico statu reperiri, per exem[illegible] ma demonstrare haut difficile est.

Utut verò sit, quantumvis evicerint Politici, m[illegible] convenientius non administrari, quàm si unus Monarch[illegible] publicæ teneat: attamen hoc ipsum ordinationi Chri[illegible], & [illegible] Ecclesiastico præjudicare nihil poterit. Si enim prob[illegible] prohibuisse primatum & Monarchiam in Ecclesia, nihil [illegible] speciosissima Politicorum argumenta, licèt integris [illegible] rentur, & per integros tricubitales commentario[illegible] amp[illegible], & verbis sesquipedalibus urgerentur.

QUÆSTIO II.

Num una & eadem persona duplex regimen. & Ecclesiasticum & Politicum, administrare possit?

Bellarminus affirmat.

BELLARMINUS affirmativam sibi defendendam sumsit, l. 5. de R. P. c. [illegible] cui hunc præscripsit titulum; *non pugnare cum verbo D[illegible] mo sit Princeps Ecclesiasticus & Politicus simul:* id quod eum in [illegible] putat, quò Papæ Romano utraq; potestas, quam sibi arrog[illegible] tualibus & secularibus, salva & illibata constet.

Nos negamus.

Nos autem *negativam* eligimus, & pro hac sententia urg[illegible]

1. Ob Salvatoris interdictum.

I. Salvatoris interdictum. Matth. 20. v. 25. *S[illegible] Principes dominantur, & magnates potestatem exercent in eos.* v. 26. *Sed non ita erit inter vos*, (Apostolos, & vestros in ministerio [illegible]) *Sed quicunq; inter vos voluerit major fieri, sit vester minist[illegible]*, v. 27. *[illegible] voluerit inter vos primus esse, erit vester servus*; vel ut Marcus [illegible] 10. v. 44. *Erit omnium servus.* Luc. 22. Quum contentio inter Apostolos oriretur, Christus pari modo respondet illis, vers. 25. *R[illegible] κυϱιεύουσιν, dominantur illis, & qui potestatem habent s[illegible] cantur;* v. 26. *vos autẽ non sic, sed qui major est in vobis, fiat sicut [illegible] præcedit, fiat tanquam minister.* Ex quibus tale argumentum ne[illegible]

*Quodcunq;*Christus prohibuit Apostolis, & eorum in ministerio [su]ccessoribus; hoc eis usurpare non licet.

Sed dominatum Politicum, & principatuum terrenorum admi[nist]rationem Christus prohibuit Apostolis, & eorum in ministerio [su]ccessoribus.

Ergò dominatum talem eis usurpare non licet, ac per consequens [no]n sequit, ut minister Ecclesiasticus, simul sit Princeps Politicus, & [co]ntrà.

Bellarminus *lib 5. de P. R. c. 10.* dupliciter excipit.

1. Col. 1095. *Dominum ibi solùm instituere meros Principes Ecclesia[sticos], ac docere, debere eos, ut tales sunt, præesse subditis non more Regum & [Do]minorum; sed more Patrum & Pastorum. Non autem sequi hinc, non [u]num & eundem esse Episcopum & Principem.* *Ad quod Bellarminus frustrà excipit.*

Respondeo (1.) Valdè suspectus nobis est titulus *Ecclesiasticorum [Pr]incipum.* Nam Doctores à Spiritu Sancto vocantur ministri, non [do]mini aut Principes Ecclesiæ. Dicuntur quidem Reges, *Psal. 68. v. 13.* Principes, *Psal. 45. v. 17.* sed non propter dominatum quendam Po[liti]cum; sed propter spiritualis regni consortium, quo sensu omnes [Christiani] pii dicuntur Reges, *1. Pet. 2. vers. 9. Apoc. 1. vers. 6t.* (2.) Chri[st]us ibi generatim instruit quasvis personas Ecclesiasticas, iisq; prohi[bet] omnem dominatum politicum. Quod enim ibi dixit Apostolis, [id] dixit omnibus Ecclesiæ doctoribus. Si ergò Apostoli propter istud [Sal]vatoris interdictum debuerunt abstinere ab omni gubernatione [po]litica, & esse meri ministri; sequitur, quòd similiter omnes Ecclesiæ [D]octores debeant abstinere ab omni gubernatione politica, & esse me[ri] ministri. Informat igitur Dominus non meros Doctores & mini[str]os in specie, quasi dentur alii doctores & ministri, qui non sint meri, [sed] informat doctores & ministros in genere, dicens, quòd meri de[bea]nt esse doctores, ac ministri, adeoq; abstinere à gubernatione Poli[tic]a. Episcopi ergò Papistici fateantur, vel se esse meros Ecclesiasticos; [vel] se non esse Apostolorum successores, quippe quos, non minus atq; [illo]s, oportet esse meros ministros Ecclesiæ; non Principes aut Domi[no]s seculares.

2. Col. 1096. A. *Dico*, ait, *secundò; Dominum illis verbis non prohi[be]re Episcopis dominatum, qualis esse potest regum, & principum piorum, [sed] qualis est regum ignorantium Deum, qui tyranni potius sunt, quàm Re[ge]s. Id quod patet ex verborum Græcorum proprietate. Nam Matthæus*

non ait: κυριεύουσιν αὐτῶν, *id est, dominantur,* [illegible] σιν, *id est, violenter dominantur; sicut* 1. Pet. 5. [illegible] *habetur* μηδ' ὡς κατακυριεύοντες τῶν κλήρων. *Et* [illegible] Caleb, qui percusserit Kariath sepher, & ceperit eam [illegible] κυριεύσῃ αὐτῆς, id est, *ubi dominatus fuerit ei,* &c. *Unde* [illegible] *stola Judæ videmus hæreticos reprehendi, qui* κυριότητα [illegible]

Respondeo. Salvator loquitur non tantùm de [illegible] co: sed de quovis politico dominatu, quoniam τὰ ἔθνη [illegible] cuntur omnes populi, non ii solùm, qui religione [illegible] *24. v. 7. Luc. 7. v. 5. cap. 23. v. 2. Johannis 11. v. 48. Actor.* [illegible] 5. [illegible] minus loquitur duntaxat de dominatu tyrannico; (1.) *quia* [illegible] Ethnici, multò minus omnes alii Reges (de quibus [illegible] ibi sermo fit) tyrannicè, sed plurimi eorum mo[illegible] runt. (2.) *quia* de tali dominatu Christus ibi sermonem [illegible] ipse probat, & Regibus politicis concedit, Principatum verò tyranni-cum, ut talem, nec probat, neque concedit. (3.) *quia* [illegible] bet dominatus, qualem affectabant Apostoli, alia [illegible] sponsum non [illegible] set accommodatum ad quæstionem. Illi verò affectabant non im-perium tyrannicum; sed legitimum principatum politicum, siquidem fovebant adhuc carnale somnium de regno Christi terreno. (4.) [illegible] κατακυριεύοντας illos Christus innuit vocari εὐεργέτας vel bene[illegible], & quidem jure suo. Sed tyranni non merentur vocari εὐεργέται. Verb[illegible] verò κατακυριεύειν, quod attinet, ex illo dominatus tyran[illegible] elici. Nam præterquam quòd Bellarmino non est integrum [illegible] ta versione recedere, quæ utitur generali verbo *dominandi;* [illegible] seipsos Evangelistæ explicant. Quod enim Matthæus vocat κατακυ-ριεύειν, & κατεξουσιάζειν, id Lucas simpliciter appellat κυριεύειν, & ἐξου-σιάζειν; Marcus habet verbum ἄρχειν, quæ omnia sunt generalia, [illegible] quemvis principatum indicant. LXX. κατακυριεύειν utun[illegible] gene-re pro dominio, & ipsi Deo tribuunt. *Jerem. 3. v.* [illegible] *14.* item [illegible], Christ[illegible], *Psal. 72. v. 8. Psal. 110. v. 3.* à quo tamen omnis tyrannicus d[illegible] est alienissimus. Sic *Gen. 1. v. 28.* jubet Deus hominem κατακυριεῦσαι τῆς γῆς, dominari terræ, nec tamen Adamus tyrannus, sed Dominus [illegible] constitutus est. Manet ergò firmum immotumq;, quòd Salvator in textu allegato agat de quavis gubernatione Politica, & d[illegible] con-stituat inter Principes regionum, & Doctores Ecclesiæ, ita qu[illegible] illis solis competat dominari, & Magistratum gerere; his autem non

compe-

...petat dominari, sed tantùm ministrare, adeoq; contra Christi pro-...tionem facit, quicunq; simul dominari, & Ecclesiæ doctorem agere ...sumit.

II. Salvatoris exemplum. *Christus* ipse nec habuit, nec habe-...voluit ejusmodi temporalem, jurisdictionem, vel secularem princi-...pium. *Ergò* nec ejus legati tale quid habere vel affectare debent. *2. Ob Salvatoris exemplū.*

Antecedens per se manifestum est, ex abundanti tamen probatur, ...Christus disertè inquit; *regnum suum non esse de hoc mundo* Joh.18. ...*36. Se non venisse, ut sibi ministraretur, sed ut ministraret*, Marc.20.v.28. ...de quum ipsi regnum terrenum offerre vellent, in montem fugit, ...*6.v.15.* Quum quidam ab ipso peteret, ut fratrem ad hæreditatis co-...et divisionem, prorsus recusavit, *Luc.12 vers.14.* tributum ipse Magi-...stratui solvit, *Matth.17.v.27.* ac Cæsari dandum esse docet, quæ sunt Cæ-...saris, *Matth. 22. v. 21.* & in condemnanda adultera partes Magistratus ...judici suscipere noluit, *Joh.8.v.11.* Ex quibus omnibus videre satis est, ...id principatum secularem Christus non affectârit, sed recusârit; non ...habuerit, sed ab isto prorsus abstinuerit; unde colligimus, Christi vesti-...gia non premere, qui in Ecclesia docere & simul principatum secula-...rem administrare cupiunt, quum tamen eos Christi imitatores esse con-...veniat, juxta exemplum Pauli, *1.Cor.11. v. 1.* & dictum Cypriani, libr.2. ...epist.3. *Si Sacerdotes Dei & Christi sumus, non invenio, quem magis sequi, ...quam Deum & Christum debeamus.*

Excipit Bellarminus, lib. 5. de R. P. cap. 10. duobus modis.

1. Responderi posse, *Dominum in hoc mundo suscepisse personam ...Pontificis, non Principis temporalis, & verbis Luc. 12. monuisse simplices ...Pontifices, ne se misceant alienis negotiis.* col. 1056 B.

Respondeo. Si Christus suscepit personam non Principis, sed Pontificis, sequitur, quòd Christi vicarii & imitatores minimè sint, ...Principatus seculares affectant & administrant. *Deinde*, si Ponti-...fices simplices non miscere se debent alienis negotiis, probandum erit ...alterius, quòd præter istos simplices dentur etiam ex divina ordinatio-...ne alii Pontifices vel sacerdotes, iiq; non simplicces, sed duplices, u-...traq; potestate, seculari & Ecclesiasticâ, instructi, id quod ex Scripturis ...probari minimè potest.

2. *Melius*, ait, *potest dici*, (nam agnoscit ipse, priorē exceptionem ...non juvare causam Pontificis, nec esse ad palatū ejus) *generaliter admo-...neri Pontifices & Principes, ne minutis & vilibus officiis ita occupentur, ut*

omitere cogantur majora. Hoc modo [illegible] *sedere ad judicandum*, Exod. 18. *sapient.* [illegible] *principatum politicum; & servaret* [illegible] *ret minores Judices, qui satisfacerent popul*[illegible] *ra quæq;, tam publica, quàm Ecclesiastica ad* [illegible] *referrent.* [illegible] hardus lib. 1. de consider. *iisdem verbis Domini in m*[illegible] *tatur Pontificem, ut judicia rerum temporalium al*[illegible] *sciebat jam tunc Principem temporalem* [illegible]

Respondeo. Christus recusavit hæreditatis div[illegible] ideò, quia esset negotium nimis minutum & vile, [illegible] modi causæ politicæ ad suum non spectent officium. [illegible] *O homo! quis me constituit judicem aut divisorem inter* [illegible] fuit muneris Christi, causas politicas tractare [illegible] dem multò magis abstinere omnes ministri Ecc[illegible] gent, quàm vel Christus habuit, vel iis à Christo [illegible] si pergant excipere: *Christum repudiasse tantùm minu*[illegible] urgebimus eos, ut exponant nobis majora ill[illegible], quæ in [illegible] Christus ipse susceperit, vel a suis ministris suscipienda [illegible] ubi protinus hærebunt, & nihil proferre poterunt. Nos autem [illegible] & ex *Johan. 16.* suprà ostendimus, quod Salvator integr[illegible] gnum sibi oblatum repudiârit, adeoq; non tantum [illegible] litica, quale est de hercíscunda hæreditate, [illegible] omnium [illegible] mum, quale est totius regni administratio recusavit. [illegible] ulterius, exemplum Mosis, & consilium Jethronis impertinenter [illegible] adduci. *Bernardum* quod attinet, mens ejus fuit non [illegible] minuta officia politica; sed ipsum quoque dominatum secular[illegible] sonis Ecclesiasticis esse prohibitum; quia disertè scribit [illegible] siderat. ad Eugenium: *Vox Domini est in Evangel.* [illegible] minantur; Vos autem non sic. *Planum est, Apostol*[illegible] *natus. 1. Ergò tu, & tibi usurpare aude aut dominans A*[illegible] *Apostolicus dominatum. Planè ab alterutro prohiberis;* [illegible] *habere voles, perdes utrumq;. Forma Apostolica hæc est,* [illegible] *minatio, interdicitur ministratio.*

3. Ob Petri monitum. III. Petri monitum. 1. Epist. c. 5. v. 1. *Presbyteros,* [illegible] *sunt, obsecro ego consenior & testis passionum Christi,* v. 2 *Pascite* [illegible] *Dei,* v. 3. *Non ut dominantes cleris, sed forma facti gregis ex animo.* [illegible] gumentum fluit ejusmodi.

Qui

Qui gregem Domini sic debent pascere, ne in eum exerceant ... m nominatum; ii non possunt simul esse Episcopi & Domini Poli... ci, quod per se manifestum.

Sed presbyteri gregem Domini sic debent pascere, ne in eum exerceant ullum dominatum, vi textus allegati.

Ergo presbyteri non possunt simul esse Episcopi, & Domini Po... ci.

IV. Pauli testimonium, ex 2. Tim. 2. v. 2. *Nemo militans Deo, ...licat se negotiis secularibus, ut ei placeat ...ui se probavit:* Ubi fatemur ...idem, in Græco non extare τῷ Θεῷ, & Apostolum quoad literam lo... non de doctoribus Ecclesiæ, sed de militibus vulgaribus. Interim ...men, quia istorum exemplum spirituali militi Timotheo proponi... & quia in vulgata, apud Papistas authentica editione vocula(*Deo*) ...ditur. & ipsi ex hoc dicto, legem cœlibatus, ministris Ecclesiæ im... ...onendam esse colligunt, nihil obstabit, quò minus etiam nos ita pos... ...mus argumentari: 4. Ob Pauli testimonium.

Quæcunque sunt negotia secularia, illis Episcopus, quippe Deo militans, non debet implicari.

Sed Politici Magistratus administratio pertinet ad negotia se... ...laria.

Ergò Episcopus Politici Magistratus administrationi non debet implicari.

Major potest illustrari exemplo vulgaris militis: Ut enim hic prohibetur se ingerere in causas civiles, *l. militares. C. de re milit. l. repetita 40. C. de Episc. & Cleric.* nimirum, *ut ei placeat, cui se probavit*, dicente ...postolo, hoc est, ut suo satisfaciat muneri ad beneplacitum Ducis, q...od facere non posset, si operam suam rebus diversis addiceret: *Ita* ...ltò magis miles spiritualis vel Episcopus abstinere debet à negotiis ...cularibus, quò Christo, Imperatori supremo, rectè placeat.

Excipit Bellarminus, lib. 5. de R. P. c. 10. col. 1097. *Respondeo, nego... ...a secularia hoc loco non vocari regimen Politicum; sed curam parandi vi... ..., & proinde negociationes & mercimonia, & similia. Est enim Græcè, ...ῖς πραγματείας, id est, negotiis vitæ, seu victus. Ubi etiam notandum; ...n haberi in Græco, nec in omnibus Latinis Codicibus illud,* Deo, sed generaliter, οὐδεὶς στρατευόμενος ἐμπλέκεται ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. *... ...st sententia: Dixi, ut labores, sicut bonus miles Christi.* Porrò *bonus ...es non est solicitus circa victum, & corporis curam, sed comedit & bibit,* quando

quando potest, & quomodo potest, dormit hun[illegible] panno, &c. *Itaq; Apostolus non prohibet regimen pol[illegible] solicitudinem circa vitam corporalem, & ut benè monu[illegible] dicuntur hæc à Paulo tàm Episcopo, quam aliis b[illegible] etiam Laici, etiam Reges, milites Christi esse debent.*

Respodeo. (1.) De particula (Deo [illegible]am ante nota[illegible] legatur in versione Latina, à quâ sine anathematis pericul[illegible] non licet Pontificiis.

2. Per τὰς πραγματείας βίου non intelligi[illegible]tur [illegible] & curæ pro parando victu; sed in genere quævis neg[illegible] militem in vocatione & statione su[illegible]rdant, quia vox e[illegible] idem ostendit oppositio, & generatim exponunt inter[illegible] C[illegible]stomus, Primasius, Ambrosius, Lyranus, quorum ve[illegible]ba [illegible] D. *Gerhardum*, Tomo 6 LL. CC. pag. 481. & quia tand[illegible] idem est judicium. Si ergò nimia cura parandi victus proh[illegible] scopo, quia est negotium mundanum, & in vocatione [illegible] pedit, multò magis tota regiminis politici administratio Ep[illegible]rit prohibita, quum illa magis sit mundana, & plus impediat partes of-ficii Ecclesiastici.

3. Omnes quidem Christiani suo modo sunt milites Christi, qui de victu non debent nimiùm esse soliciti, quo sensu generali ad quos-vis credentes accommodari posset hoc dictum Apostoli, quia ve[illegible] speciali quâdam ratione Timotheus Episcopus nominatur Chr[illegible]les, *v. 3.* hinc sequitur, prohibitionem illam primò & propr[illegible] ministros attinere, ne secularibus negotiis sese involvant, prout etia[illegible] interpretatur *Theophylactus* in Comment.

5. Ob Apostolorum exemplū. V. Apostolorum exemplum. Apostoli nunquā & nusquam administrârunt Politicum imperium, nec ullam dominatus secula[illegible] partem unquam attigerunt, adeò quidem, ut nec mensarum curam re-tinere voluerint, sed eam Diaconis commiserint. Quum enim vi[illegible]rent, per istam solicitudinem prædicationi verbi aliquod imped[illegible] tum injici, mox rejecerunt illam, dicentes, *Non est æ[illegible]uum, ministrare mensis, & relinquere verbum Domini*, Act. 6. v. 2. quo ipso innuunt, non posse utrumq; fieri μετὰ ακριβείας vel accuratè, ut *Chrysostomus* homil. 14. in Acta loquitur. Quòd si ergò Apostoli rectè judicârunt, se non posse simul Evangeliū prædicare, & mensis ministrare, quomodo Pastor Ecclesiæ, munere docendi ritè perfungi, & simul integram provinciam gubes-

bernare poterit? Facit huc etiam illud *Bernardi*, libr. 1. de considerat. ad Eugenium: *Non monstrabunt puto, ubi aliquando quispiam Apostolorum sederit judex hominum, aut divisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse lego Apostolos judicandos, non sedisse judicantes.*

Excipit *Bellarminus*, l. d. col. 1096. D. *Apostoli ita omiserunt in Hierusalem curam ministrandi mensis, ut tamen præsiderent etiam in temporalibus toti illi Ecclesiæ. Unde Gal. 2. Petrus, & Jacobus, & Johannes soliciti pro fratribus, qui erant in Hierusalem, rogant Paulum & Barnabam, ut memores sint colligere aliquam Eleemosynam; & mittere in Hierusalem; Illi verò detulerunt, & collectam pecuniam ipsimet detulerunt, non ad Diaconos præfectos mensis, sed ad seniores, ut habetur Act. 11.*

Respondeo. Cura illa eleemosynæ pro egenis fratribus colligendæ, fuit temporaria, quæ cessavit, cessante in Judæa annonæ caritate, quum interim Politicus Episcoporum in Papatu dominatus sit perpetuus. *Deinde* pauperib. prospicere de Eleemosyna nō indicat principatū politicum, sed curam Ecclesiasticam, quam Pontifici & ipsius Episcopis non inviti permittimus, modò curam illam crebrius susciperent, nec suam magis culinam & curiam curarent, quàm pauperum inopiam.

VI. Ecclesiasticæ & politicæ potestatis discrimen. Duæ sunt distinctæ jurisdictiones, temporalis & spiritualis (veluti duæ sunt vitæ, carnalis & spiritualis; duo genera militum, Ecclesiæ & seculi;) quarum tanta est distinctio, ut una non possit misceri cum altera. Hinc argumentum tale formamus: *6. Ob Ecclesiastica & politica potestatis discrimen.*

Quæcunq; potestates Deus ipse distinctas esse voluit, eæ non sunt invicem commiscendæ, ut ab una eademq; persona administrentur.

Sed Ecclesiasticam & politicam potestates Deus ipse distinctas voluit.

Ergò non sunt invicem commiscendæ, ut ab una eademq; persona administrentur.

Minor certa est, quia distinguuntur *causâ instrumentali*, quum potestas Ecclesiastica gladio spiritus, vel verbo Dei; politica gladio corporali utatur: *Objecto*, quum illa in rebus spiritualibus & æternis; *hæc* in temporalibus & externis occupetur: *formâ*: quum illa sit ministratoria, ad præscriptum legum divinarū simpliciter restricta; hæc verò sit prætoria, habens jus ferendarum legum forensium; *fine*, quum illa circa justitiam spiritualem, pacem, conscientiam, & salutē animarum; hæc circa justitiā civilem, pacem hujus vitæ; & salutem Reipublicæ procurandam,

dam verſetur. Hinc Jehovah etiam ordinarie munia [illegible] ꝭta eſſe voluit, atq; in Veteri Teſtamento, partim [illegible] gibus, partim veſtitu, habituq; diſtinxit. Valde [illegible] abſonum eſt, iſta confundere, & uni perſonæ committere, [illegible] ſtar monſtri, ex una parte ſecularis, ex altera Eccle[illegible] decorum eſt, ſi ille, qui prædicare debet in Eccleſia, ſimul [illegible] li ſedeat in curia? Nonne indecorum eſt, ſi diſpenſatores [illegible] rum vibrent gladium, & pugnent armis carnalibus, quæ [illegible] cleſia remota eſſe, innuit Apoſtolus *2. Cor. 10. v. 4.* [illegible] *dus*, Rex Angliæ, de quo refertur, quòd quum Epiſcopum Bel[illegible] ſem, qui contra exercitum ſuum militem duxerat, acie captum [illegible] ret, eumq; tanquam filium ſuum Pontifex dimitti juberet, [illegible] ſerit arma, quæ Epiſcopus in acie geſtârat, & illa conſiderari [illegible] *An hæc eſſet tunica filii; an filii Papæ talem amictum geſtarent?* [illegible] Papa ſic erubuit, ut ejus gratuitam liberationem ulterius non [illegible] lârit.

7. Ob incommoda ſecutura. VIII. Incommoda ſecutura. Nequit fieri, ut utriq; [illegible] accuratè præſit unus, ob negotiorum varietatem, & utriusq; [illegible] difficultatem. Moſes ſingularibus à Deo donis ornatus fuit [illegible] populum ſolus regere, & ſimul ſacra ordinare potuit, *Exod. 18.* [illegible] Tales inſuper Epiſcopi, qui ſunt unà Principes, negligunt munus Eccleſiaſticum, humilitati non ſtudent, ſed inſoleſcunt, rectam [illegible] perſequntur, Eccleſiæ oneroſi ſunt, malo exemplo præeunt, crebrò bella ſuſcipiunt, & regnandi potius, quàm prædicandi amore d[illegible]ntur, ſicut praxis Eccleſiæ Romanæ plus quàm ſatis oſtendit. *Quod enim ad alia officia confertur, hoc religionis cultui, divinoq; officio detrahitur,* ait, *Ambroſius*, lib. de fuga ſeculi, cap. 2. Quò pertinet, quod Ezechiel *cap. 34. v. 4.* & Jeremias *cap. 51. v. 30. 31.* in catalogum rerum horribilium recenſent *dominationem Sacerdotum in poteſtate ſua.*

Addere his poſſumus teſtimonia Scriptorum Eccleſiaſticorum, Reſcripta Imperatorum, conſenſum Politicorum, & confeſſionem Pontificiorum quorundam, de quibus omnibus quum prolixe & accuratè Dn. D. *Gerhardus* egerit, Tomo 6. p. 482. ſeqq. actum non agere ſed Lectorem cupidum eò potius remiſſum volo.

Objectiones.

1. Proferunt & urgent exempla *Melchiſedeci, primogenitorum* [illegible]

Palmar-

Patriarcharum, Mosis, Heli, & Maccabæorum, quos utrumque regimen, Politicum & Ecclesiasticum, simul administrâsse autumant. Hoc argumentum ita proponit *Bellarminus* lib. 5. de P.R. c. 9. col. 1092. B. *Quòd non repugnet, Pontificem simul esse Principem spiritualem, & temporalem alicujus provinciæ*, probatur. Primò *exemplis Sanctorum, qui inveniuntur Reges & Principes fuisse. Nam in lege naturæ* Melchisedech *fuit Rex & Pontifex, ut patet ex Gen. 14. & Hebr. 7. imò etiam olim semper primogenitus Rex & Pontifex erat, ut B. Hieronymus docet in quæstionibus Hebraicis in illud Gen. 49.* Ruben primogenitus meus. *Constat quoq; Noe, Abraham, Isaac, Jacob, præfuisse suis tàm in iis, quæ ad religionem; quàm in iis, quæ ad politicam vitam pertinebant.* Deinde, *Moses & summus Princeps temporalis, & summus Pontifex fuit, ut ex divinis literis perspicuum est. Nam* Ex. 18. dicitur: Sedit Moses, ut judicaret populum. *Ex* 32. *Jussit occidi plurimos de populo propter peccatum idololatriæ*, & c. p. 40. *Adolevit Domino incensum, quod erat maximè proprium munus Pontificis, ut patet ex* lib. 2. Paral. c. 26. Item *Levit. 8. consecravit Moses Aaronem in sacerdotem, sanctificavit tabernaculum, & altare, obtulit sacrificia & holocausta, quæ solus Sacerdos facere potest. Itaq; Philo*, lib. 3. de Vita Mosis, in *ultimis verbis:* Hæc est, *inquit*, vita, hic exitus Mosis Regis, Legislatoris, Pontificis, Prophetæ. *Et Gregor. Nazianz. ad Gregorium Nyssenum*, Moses, *inquit*, Principum Princeps, Sacerdos, Aarone pro lingua utebatur. *Deniq; Augustinus de regno Mosis, quæst. 68. in Exodum:* Sedebat, *inquit*, judicariâ sublimitate solus, populo universo stante. *De Pontificatu autem q. 23. in Levit.* Ambo, *inquit*, summi Sacerdotes erant, Moses & Aaron. *Præterea* Heli & *summus Pontifex, & Judex Politicus fuit annis XL. ut patet ex lib. 1. Regum. c. 1. & 4. Deniq; Maccabei, Judas, Jonathan, Simon, Joannes, & cæteri usq; ad Herodem simul Pontifices & Duces politici fuerunt, ut patet ex libro Maccabeorum, & ex Josepho lib. 12. Antiquit. & seqq.*

1. Urgent exempla Melchisedechi & similium.

Responsio.

Respondeo. 1. Non exemplis, sed legibus est judicandum. Nec enim quæritur, quid olim ab uno alterove factum sit, sed quid etiamnum fieri debeat.

2. Christus prohibuit dominatum in Novo Testamento, quod interdictum abolere haut possunt exempla vetera. Nam ad Christi ordinationem, non ad facta particularia respicere debemus.

3. Exemplum *Melchisedeci* est singulare, & extraordinarium, ex quo universalis regula nequit extrui. Peculiariter enim gessit ty-

pum Christi, qui Rex & Sacerdos simul fuit ... ejus non fuit amplum, sed ad urbem unicam ... officio sacro non adeò fuit avocatus.

4. Patriarchæ fecerunt officium boni Patrisfam... qui & piè instruit, & prudenter reg t fa nil am suam. N... quimur non de privata & domestica cura, sed de publ... officii administratione.

5. Mosis exemplum itidem est extraordinari... natio ad tempus tantùm duravit, sicut & Heli & M...

6. Si maximè Veteris Testamenti exempla ... non tamen ob id probata est Thesis, quam impugna... est ratio Sacerdotii Levitici, in Veteri; *& alia* Ministerii ... ci, in Novo Testamento; *Illud* aliquid politici mixt... verò minus, ideoq; à forma illius ad hujus conditionem ... cludendum. Neq; ministerii ratio æstimari debet ex ... humanis & exemplis veteribus; sed tantùm ex dispositione ... quum dominatum politicum prohibuerit ministris ... concedi vel potest vel debet. Huc pertinet judicium *Papæ Nicolai*, qui ad Imperatorem Michaëlem sic rescripsit, ut citatur dist. 96 cap. 6. *Fuerunt hæc ante adventum Christi, ut quidam typicè reges & Sacerdotes simul existerent. Quod Sanctum Melchisedech fuisse ... prodit historia; quodquè in membris suis diabolus imitatus, (ut pote qui semper, quæ cultui divino conveniunt, sibimet tyrannico Spiritu ... re contendit) ut pagani Imperatores iidem, & maximi Pontifices dicerentur. Sed quum ad verum ventum est, ultrà sibi nec Imperator jura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium usurpavit: quoniam idem Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus sic actibus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusq; discrevit, propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus in infernum demergi, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium tantummodo rerum Imperialibus legibus uterentur; quatenus spiritualis actio carnalibus distaret incursibus, & ideo militans Deo minime se negotiis secularibus implicaret, ac vicissim non ille rebus divinis præsidere videretur, qui esset negotiis secularibus implicatus.* Hinc etiam Petrus August. Morla ... emp. juris, tit. 2. ff. q. 4. num. 13. scribit: *In lege Naturæ fuisse primogenituræ annexum Sacerdotium, teste Hieron. in qq. Hebraic. sed ex hor* non ac-

..a debere sumi argumentum ad legem gratiæ, in qua Sacerdotium est à Regno separatum.

II. Potestas *politica & Ecclesiastica non sunt contrariæ, sed utraq; ..ona, utraq; à Deo, utraq; laudabilis, & una alteri servit. Ergò non ..gnant inter se. Ergò simul in eodem esse possunt.* Bell. l. d, col. 1093. A. *2. Urgent potestatis utriusq; subordinationem.*

Respondeo. Jurisdictiones illæ non quidem sunt contrariæ, nec ..vicem pugnant, ideoq; non est absolutè impossibile, ut in unam ..rsonam cadant, sicut exempla quædam in Veteri Testamento an..otata evincunt. Interim tamen hoc non debet, nec potest fieri aut ..mitti in Novo Testamento, propter Christi interdictum, & con..tiam ejus ordinationem. Negamus ergò consequentiam, ob e..chum causæ. Quòd enim uni homini utrumq; officium deferri ..quit, in causa est, non jurisdictionum contrarietas, quæ nulla; sed ..vatoris authoritas, quæ summa. Sic conjugium & Sacerdotium ..on sunt status contrarii, neque inter se pugnant; in unam tamen ..cerdotis personam utramque cadere posse negant, propter inter..ictum Papæ, qui conjugium cunctis prohibuit clericis. Ut ergo i..li statuunt, Sacerdotem non posse matrimonium contrahere, pro..ter Papæ prohibitionem, licèt isti status per se contrarii non sint: Ita ..os multò rectius censemus, Episcopum non posse gerere Magistra..um politicum, propter Christi prohibitionem, licèt isti status simi..ker per se non sint contrarii. *Responsio.*

III. *Magis diversa sunt pax & bellum, quàm bona temporalia & ..piritualia. At unus & idem Rex simul præest Senatui & exercitui, toga..ti & armatis. Ergò multò magis poterit unus præesse, in temporalibus & quoddam ..piritualibus rebus.* Bellarminus l. d. *3. Urgent simile quoddam.*

Respondeo. Per *instantiam*. Magis diversa sunt pax & bellum, quàm Sacerdotium & matrimonium. Si ergo unus & idem Rex po..l gubernare tempore pacis & belli, cur negant, unum eundemq; hominem esse posse Sacerdotem & maritum? Nempe hoc non fieri posse arbitrantur, ob Papæ interdictum, non quandam statuum il..rum absolutam contrarietatem. Idem igitur responsum sibi hic habeant. Non enim sequitur, unum posse jam in Novo Testamento præesse in temporalibus & spiritualibus rebus, quia unus Rex potest præesse Senatui & exercitui, siquidem fundamentum istius impossi..bilitatis non ponimus in istorũ contrarietate; sed in Christi prohibiti..one, contra quam nihil suscipere vel tentare possumus aut debemus. *Responsio.*

4 Urgent exemplum Regis, diversissima regna gubernantis.

IV. *Potest unus gubernare diversi[illegible] ritus, leges, consuetudines habeant, & pari ratione [illegible] regere plurimas Ecclesias, ut patet de Patriarchis [illegible] Romanum) quorum quilibet habuit sub se plurimos [illegible] am poterit unus homo regere unum Episcopatum, & unum [illegible] Nam vel est difficilius regere Episcopatum, quàm prin[illegible] us vel aequè difficile: si primum, ergo si unus regit duos [illegible] jori regit unum Episcopatum & unum principatum: S[illegible] unus regit duos principatus, à majori reget unum princip[illegible] Episcopatum: si tertium, ergo si unus regit duos Epi[illegible] principatus, à simili poterit regere unum Episcopatum & unum p[illegible] tum.* Bellar. col. 1093. B.

Respondeo. Haec ratio vicissim nihil aliud proba[illegible] non esse per se, absolutè impossibile, ut unus idemque [illegible] scopatum, & regat Principatum, id quod lubenter damus. [illegible] men illud ipsum impossibile vel illicitum in Novo Testamento [illegible] pter interdictum Christi, qui duos illos status mile[illegible] neque una [illegible] sona concurrere noluit. Deinde ubi duo sunt principatus vel Episcopatus, ibi cura & administratio est unius generis; sunt autem diversa, adeoque difficilima, si Episcopatus & Principatus simul [illegible] debeant. Multò igitur difficiliùs est regere unum Episcopatum & unum Principatum, quàm duos vel tres principatus, pr[illegible]ter diversissimam administrandi rationem.

5. Urgent pietatem eorum, qui principaty temporales donaverunt, & donatos ceeperunt.

V. *Qui donaverunt Episcopo Romano aliisq. Episcopis Principatus temporales, pii homines fuerunt: & ea de causa praecipuè a[illegible] fis commendati sunt, ut patet de Constantino & Carolo Magno, & Lud[illegible] ejus filio, qui inde* Pius *appellatus est, quos etiam adversarii laudant, & contrà, qui ejusmodi principatum auferre conati sunt, ut A[illegible]ulphus Rex Longobardorum, Heinricus IV. & V. Otto IV. Friedericus I. & II. a[illegible] omnibus Historicis, ut impii, & sacrilegi notantur. Neque optimi Principes fuerunt solùm ii, qui Apostolicam sedem ita ditarunt, sed [illegible] plerique eorum, qui ejusmodi opes, & principatum receperunt. Ne[illegible] Leonem IV. miraculis claruisse, scribit Platina; Leonem IX. omnes scriptores Sanctum vocant, & miraculis claruisse scribunt Sigebertus [illegible] Otto Frisingensis. Gregorium VII. illustrem miraculis fuisse, atque etiam virum optimum, scribit Lambertus Schaffnaburgensis. Cal[illegible] vitam sanctissimam & miraculis plenissimam describit Petrus ab Aliaco. [illegible]*

...pus Cameracensis. Denique Adrian. in I Leonem III. Nicolaum I. ...centium III. aliosq; nonnullos, scriptores omnes laudant, quos tamen ...constat hunc principatum una cum Pontificatu administrasse. Bellarminus, col. 1093 C. D.

Respondeo. I. quæ Christus distincta & sejuncta voluit, huma... authoritate in unum conflari nec possunt nec debent. Et notum ..., pios etiam homines quandoq; ex infirmitate peccare, bonamque ...tentionem non semper benè cadere. *Responsio.*

2. Episcopi illi, quibus offerebantur Principatus, debuissent ...itari exemplum Christi, qui Regnum mundanum sibi delatum non ...ceptabat; sed declinabat & aversabatur.

3. Donatio Constantini Magni est mera fabula, quod jam o... ...ostensum est à *Marsilio*, *Valla*, *Cusano*, *Silvio*, *& aliis*, ita quidem, ...nec hoc diffiteatur *Baronius* in suis annalibus.

4. Donationes Pipini & Caroli regulam Juris non efficiunt, ...ia divinæ ordinationi adversantur, & ex animis superstitione ni... ...imbutis profectæ sunt. Neque hîc de facto sed de jure contro... ...vertitur.

VI. Tandem urget Bellarminus experientiam. *Etsi*, ait, *ab-solutè fortè præstaret, Pontifices tractare solùm spiritualia & Reges temporalia; tamen propter malitiam temporum experientia clamat, non solum utiliter; sed etiam necessariò, & ex singulari Dei providentia donatus fuisse Pontifici, aliisq; Episcopis, temporales aliquos Principatus. Si enim in Germania Episcopi Principes non fuissent, nulli ad hanc diem in suis sedibus permansissent; Sicut ergò in Testamento Veteri diu fuerunt Pontifices sine Imperio temporali, & tamen ultimis temporalibus non poterat religio consistere, & defendi, nisi Pontifices etiam Reges essent, nimirum tempore Maccabæorum; ita quoque accidisse videmus Ecclesiæ, ut quæ ...imis temporibus ad majestatem suam tuendam temporali principatu non egebant, nunc eodem necessariò indigere videatur*, colum. 1094. B. *6. Urgent experientiam,*

Respondeo. Miseros oportet esse Papales Episcopos, qui sine strepitu hujus seculi, sine opibus & armis nec hæreticos debellare, nec gradum suum in Ecclesia obtinere possunt, quum tamen Apostoli, & omnes legitimi eorum successores, absque mundanis illis præsidiis, & dignitatem suam conservare, & hæreticos expugnare & salutem Ecclesiæ quàm optimè procurare potuerint. Ad hoc quidem conducunt, principatus & externa præsidia, ut Episcopi per violen- *Responsio.*

tiam hæreticos debellare, & suas d[illegible] , [illegible] præstare haut possent, subditis armis [illegible] præceptum, nec ullum in pri[illegible]ca Eccle[illegible] ex[illegible] ri Episcopi per vim & arma, vel hæreles [illegible] defendere debeant aut soleant. Maccabæorum vero [illegible] extraordinarium, & in divina ordinatio[illegible] fund[illegible]tum [illegible] stores Novi Testamenti, contra expressum Christi [illegible] non debet nec potest accommodari.

QUÆSTIO III.

Num in omni regiminis & status mutatione [illegible] quiratur demonstratio au[illegible], [illegible] & similium circumstantiarum?

Duplici argumentorum gen[illegible] so[illegible] Papali[illegible] tuntur Jesuwitæ, ut patet ex l. 2. *Bellar. de R. P.* [illegible] clesia c. 5. *Alterum ostensivum* vocant, quando ex [illegible] ura, C[illegible] stiq; verbis, & Ecclesiasticis scriptoribus M[illegible] [illegible] bare præsumunt: *alterum ad impossibile d[illegible]*, q[illegible] lum tempus assignari posse, nullumq; E[illegible] primus sibi Pontificatum rapuerit, & non potius a [illegible] re acceperit, unde ipsi colligunt, ad Christum, Chr[illegible] tandem veniendum esse, si certi quid de origine Roman[illegible] affirmare voluerimus.

Affirmant Pontificii.

Et sanè plausibiliter hæc urgerescíunt, præsertim ideo, [illegible] *stri Theologi, in assignatione temporis, per omnia convenire non [illegible]*, dum *alii* initium Papalis Monarchiæ in tertium, *alii* in sextum, [illegible] decimum, *alii* in aliud seculum referunt. In omni autem [illegible] mutatione ostendi debet & nominari manifestè, tum [illegible] mutationem introduxit, tum tempus, quo irro[illegible] [illegible] &c. quod quia à nobis præstari nequeat, causam [illegible] obtinuisse, non per didisse, plusquàm thrasonicè gloriantur.

Ut verò & hoc telum ipsis eripiatur, ante omnia *tenendum* [illegible] *ad demonstrandam mutationem, non requiratur singularum circum[illegible]tiarum accurata vel notitia, vel enumeratio*, quando quidem [illegible] non constituunt, sed extrinsecus duntaxat comitantur. Igitur [illegible] *cit, si evidenter ostendatur, aliam tempore Christi & Apostolorum* [illegible]

Nos negamus,

...quentibus seculis Ecclesiastici regiminis formam fuisse, licèt & tempus ...authorem primum hujus facta mutationis ignoremus.

Ne autem sine ratione hoc dixisse videar, considerari volo, 1. ...bolam Christi, Matth. 13. v. 24. & 25. Legimus ibi, bonum semen ...agro Domini seminatum fuisse primo tempore, postea verò colo... mutationem, & aspersa zizania invenerunt. Ipsi verò ignorabant ...mpus, quo hoc factum fuerat, & authorem, cujus astutiâ commis... Ideo accedunt herum, dicentes; *Domine nonne bonum semen ...minâsti in agro tuo? unde ergo habet zizania?* Ibi responsum accipi..., quòd *inimicus* id *fecerit*, & quidem *hominibus dormientibus*, & ta...bil observantibus. Quâ ex parabolâ colligitur manifestè, muta...em sæpè fieri, ut nihilominus posteà tempus lateat, quoniam ...micentibus & negligentibus hominibus degeneratio ista facta est. Ob parabolā Christi.

2. *Exemplum doctrinæ Pharisaicæ*, quâ cum superstitio Papi... cognationem habet maximam. Erant à Pharisæis introductæ ...ltæ ceremoniæ, antehâc inusitatæ, traditiones & ἐντάλματα ho...num circumferebantur plurima, doctrina legis per alienas inter...tationes miserè erat depravata, & opiniones falsæ, de justitia, de ...essia, de regno ejus, aliisque fidei articulis, Ecclesiam quasi suppres...nt, ita quidem, ut ab antiqua Mosaica & Prophetica doctrina ...rimùm fuerit discessum. Jam verò quis nominabit mihi præcisè ...pus, quo hæc contigerunt? quis ostendet primum authorem, quo ...tatio ista fieri cœpta? quis alias circumstantias ordine & articula...recensebit? Num autem quia hæc ignorantur, de religionis inflexi... dubitandum erit? Haut opinor. 2. Ob exemplū doctrinæ Pharisaicæ.

3. *Exemplum Ecclesiæ Constantinopolitanæ.* Fuit hæc primis se... celebratissima, quoad fidei orthodoxian, & maximè catholica. ...autem à puritate Evangelii deviâsse, multasque peregrinas irre... sententias, experientia docuit, & Pontificii non diffitentur. ...tamen certi quid de circumstantiis hujus variationis constat, ne... nos hanc, ob illarum ignorantiam, inficiari possumus. 3. Ob exemplum Ecclesiæ Constantinopolitanæ

4. *Exemplum politicarum mutationum.* Sæpè contingunt in Re...ublicis alterationes variæ, & legum morumq; laudabilium in...ationes, communi morbo vitioque hominum, à majorum cur...ulo discedentium: neque tamen illarum vel authores, vel primum ...mpus, vel modus, aliæque circumstantiæ notæ sunt. 4 Ob exēplū Ecclesiæ Padiſſicæ.

5. Exem-

5. Ob exemplum Ecclesiæ Papisticæ.

5. EXEMPLUM ECCLESI... tate cultûs & puritate fidei deflex... tam & ipsi fatentur Pontificii. ... culis, ob curiæ Romanæ perversitatem, ... rimè factæ. Constat, quid *Marsilius Patavinus*, ... *manges*, quid *Georg. Cassander*, aliique desiderave... *da*, de degenerante suo tempore Ecclesia scribit: ... *ne lachrymis rem indignam, quantum Ecclesiæ status* ... *& in infirma devolvatur.* Bernhardus, *Hodie*, inquit, ... *bes per omne corpus Ecclesiæ, & quo latiùs eo desperatius* ... *siùs quò interiùs.* Petrus Blesensis epist. 55. ait: *Clerici &* ... *sores Romam mittuntur, euntesq; in delictis cum plenitudine* ... *stolica & majori delinquendi audaciâ revertuntur. Hi* ... *tichristus Dominus, Beelzebub judex.* Elisabeth virgo in ... Mater, inquit, *meretrix est, Pater furor ... & Sodoma* ... rò: *Pullus qualis erit, quem fert commixtio talis?* ... *vem ad id delecti, partim Cardinales partim* ... *morbos Ecclesiæ Romanæ descripserunt*, quem quidem latere ... volebant, sed operâ *Nicolai, Archiepiscopi Capuani*, in ... emanavit, referente *Vergerio*, *in annotation. super Catalog.* ... 1. fol. 251. & seqq. *Petrus de Aliaco*, Cardinalis Cameracensis, integrum conscripsit tractatum, de modo reformandi Ecclesiam ... nam, in quo de religionis immutatione lapsumé conqueritur. Citat ex eo multa lectu digna *Job. Wolfius* tom. 1. cent. 15. p... & seqq. Notum est antiquum Proverbium: *Ecclesiæ præses est* ... mollit, sed tollit. Plura hujusmodi vide in *Papâ non Papa* D... D. *Osiandri*, loco 10. p. 69. & seqq.

Ipse Pontifex *Adrianus VI.* referente *Flacio*, l. *de d...* *Pontificiorum*, pag 101. in Comitiis Norimbergensibus, An. 15... celebratis, per legatum suum idem confessus est; *Scimus*, inquit, *in hac sanctâ sede jam aliquot annis, multa abominanda fuisse, abusus in spiritualibus, excessus in mandatis, & omnia denique in perversum mutata. Nec mirum, si egritudo à capite in membra, à summis Pontificibus in inferiores Prælatos descenderit.* Dicant autem tempus, monstrent autorem primum hujus immutationis; recenseant locum mo... errantis, & in perversa ruentis Ecclesiæ. Sed mutationem vident ... sciunt, circumstantias tamen nesciunt.

6. Sim...

6. *Similia.* Si quis in foveam inciderit, tunc haud credes eum ... veâ esse, quem tamen ibi esse vides, nisi prius intelligas, à quo & ... o in foveam fuerit conjectus? Si quis aliquem offendat in viâ ...eratum, aut in solitudine errantem, nū hoc minimè credendum, ...ngulæ demonstrentur circumstantiæ? Meretrix nominatur, quæ... extra legitimum conjugium concepit & peperit, licèt quando, & ... à quo oppressa fuerit, ignoretur. *Pari modo,* quùm videamus re...n Ecclesiasticum in Romanâ synagogâ prorsus variatum, sum... Romanorum Pontificum tyrannidem deprehendamus, de fa...mutatione dubitare nec possumus, nec debemus, quantumvis ...us & authorem primum nominare haut valeamus. *6. Ob similia.*

Ob has igitur multasq; rationes & similitudines alias, distinguen... puto inter *mutationem lentam & subitaneam: illa* occultè, *hæc* a...fit; *illa* à multis, ex ignorantiâ & incuriâ causatur, *hæc* à nonnul...untaxat, ex malitiâ & odio introducitur. Quando igitur regimen ...eligio variatur subitò & impugnatur à nonnullis membris hæreti..., tunc equidem circumstantiæ loci temporisq; plerumque notari ...unt, quandoquidem apertè fit recessus ab Ecclesiâ, statim resisten...us aliis piis & orthodoxis pastoribus. Quando autem ipsum corpus ...esiæ totum pedetentim labascit, ipsiq; Episcopi dormiunt, & ex in...iâ nunc hunc, nunc alium abusum permittunt, atque sic immuta...non statim, sed paulatim contingit: Ibi tum, puritatis antiquæ fie...clinationem, haut ita observant, donec accreverit malum, & se in ...mo constitutos periculo viderint, ubi ipsi mirantur, & velut ere...spite obstupescunt, nescientes, quando, à quo, quibusvè mediis in ...am calamitatem pervenerint. *Proinde distingvitur inter mutationem lentam & subitaneam.*

Do appositum *simile à morbis humani corporis*, qui in duplici sunt ...erentiâ. *Quidam* enim *manifesti* sunt & *subitanei*, quorum notari ...st tum causa, tum tempus, quo primùm nos infestare cœperunt: ...am autem *lenti* sunt, ut pthisis, hydrops, & similes, quorum initia ...tenuia, & à nobis primùm vix sentiuntur, aut certè non observan... pòst autem cùm de die in diem magis magisq;, ob nostram fortè ...uriam & intemperantiam, accrescit morbus, & tandem totum cor...inficit; ibi quidem nostram ægritudinem sentimus, Medico tamen ...cisè indicare non possumus, quo primùm tempore morbus incœ...it, vel per quid eundem causati simus, quoniam occulta habuit ini... & tarda incrementa.

Eâdem prorsus ratione comparatum est [illegible] Ecclesia [illegible] isto & spirituali corpore. Non omnes morbi & defec[illegible] tanei & temporanei, ut vel ipsi, vel ipsorum circ[illegible] sed multi sunt lenti & primùm exigui, pòst autem semp[illegible] gisq; serpunt, donec tandem universa Ecclesia inficiatur.

Et *tali quoq; modo primatus iste Papalis in ovile Domini [illegible] fuit*. Malum enim hoc non simul & semel, non statim, [illegible] cœpit: parva omninò habuit initia, ad quæ connivebant [illegible] homines, tantam futuræ cladis magnitudinem ne[illegible] enim, ordinis primatu, Episcopis Romanis, ob celebr[illegible] urbis, & antiquæ fidei puritatem concesso, sequentes semper amp[illegible] limiorem affectabant dignitatem: & licèt sæpè reprimeren[illegible] non desistebant ab ambitione, sed *partim* largitionibus cor[illegible] prudentiores, *partim* dolis circumveniebant simplici[illegible] nis terrebant infirmiores, ut de die in diem majora [illegible] acciperent incrementa, donec effectum, ut universalis [illegible] omnibus Ecclesiasticis negotiis, ab Imperatoribus Romanis [illegible] mitteretur, tituloq; œcumenicorum Episcoporum ornarentur.

Pòst autem, non contenti hoc, etiam temporalem appetebant potentiam, sub specioso isto nomine, quò latas de rebus & cont[illegible] siis Ecclesiasticis sententias eò feliciùs exequi possent: quod ip[illegible] etiam ex parte primum impetrârunt. Sequentes autẽ semper plura ad [illegible] rapuerunt, liberalitate Magnatum abusi, quo pacto ipsi [illegible] gressi, crescente habendi cupidine, intestina inter Reges Principes[illegible] bella excitârunt, ut fractis regnorũ viribus, eò meliùs ipsos subjugare [illegible] possent, quo etiã medio, adhibitis unà aliis technis & fraudibus, tandè obtinuerunt, ut nõ ipsi amplius Imperatoribus, sed, inverso ordine, Imperatores ipsis subjecti essent, atq; sic Episcopi Romani plenũ & in Ecclesia, & in politia Romana dominatum acqirerent & usurparent; qui quũ ad *ἀκμὴν* jã devenisset, & in Ecclesia pro lubitu agerentur om[illegible], variiq; cuderentur articuli novi, ad pecuniam totius orbis Christiani corradendam, ibi tandem cum dolore summo suam persensit Ecclesia Domini ægritudinem, ita, ut Christiani obstupescerent, & se Antichristianos factos, tantoq; Tyranno subjectos esse, plurimùm mirarentur.

His ergò ita se habentibus, *postulatum* certè *impudens est Jesuitarum*, dum semper Stentoreis clamoribus, & prolixis declamationibus urgent, ut nominemus tempus defectionis, indicemus Pontificem primum,

mum, qui dominatum rapuerit, significemus modum, quo Ecclesia cepta sit, & quæ alia sunt absurda hujusmodi *αἰτήματα*. Etenim *si fu- o, & uno tempore, & ab uno, & observante Ecclesiâ, facta fuisset muta- tum postulantibus Jesuitis, ad quæsita ista respondere, & possemus, & de- mus: quia verò lenta fuit ista degeneratio, nec uno tempore, nec ab uno, vigilantibus hominibus introducta, pro insanis certè habendi meritò omnes ii, qui præcisum temporis punctum adeò imperiosè ex nobis sci- ntur, & scire desiderant.*

Similes igitur mihi videntur Jesuwitæ istis ineptis disputatori- bus, tempore *Augustini*, qui solicitè & ex omnibus quærebant, locisq; omnibus urgebant, quando & quomodo, & quo medio, natura hominis peccato originali inficiatur? quæ labis istius causa sit? Num Deus, num Diabolus, num parentes, vel aliud quid? &c. Quorum petulantiam & insaniam scitè castigavit B. *Augustinus*, Epist 28. ad *Hie- ronymum*, ita scribens: *Eleganter dictum esse narratur, quod huic rei satis convenit. Cùm quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum aqua exciperet, ne moreretur, quàm suffocaret, ne loqueretur: accessit a- lius, & eo viso admirans, ait, Quomodo hûc cecidisti? At ille, Obsecro, in- quit, cogita, quomodo hinc me liberes, ne dum quæris, quomodo hûc cecide- rim, suffocer limo.* Ita quid opus est, anxiè disputare, quando, quo au- ctore, quo've modo facta sit regiminis Ecclesiastici inflexio, & in pejo- rem statum mutatio? Cogitandum potius, quâ ratione malo isti reme- dia adhiberi, & diuturna Ecclesiæ vulnera sanari queant, ne illa pla- ne collabascat, vel in deterius ruat, dum intempestivâ circumstantia- rum inquisitione occupati sumus.

Quoniam tamen Jesuwitæ discrepantes orthodoxorum Theolo- gorum sententias semper objiciunt, propterea ut & istæ concilientur, & omnis conquerendi ansa Papicolis præripiatur, paucissima de origi- ne, successu & continuatione primatus Romani addam, notaturus sum- mam duntaxat capita, ad quæ studiosus lector omnia, quæ hinc inde in historiis fusè occurrunt, referre facilè poterit. *Simulq; additur, quo pacto primatus Papalis introductus sit.*

Quinq; autem *ætates*, vel periodos, *Romani primatus constituo; in* quarum *primâ* eum *affectatum*, in *secundâ inchoatum*, in *tertiâ amplifica- tum*, in *quartâ consummatum*, & deniq; in *quintâ revelatum* dico, de quibus ordine & breviter. *Ubi recen- setur.*

I. Ætatem affectati primatus eam voco, quâ Episcopi Ro- mani ex aunata quadam ambitione, ob celebritatem urbis Romæ, a- liasq; *I. Ætas af- fectati primatus.*

ſiasq; quaſdam prærogativas externas, ill[illegible]
nihil inſoleſcere & ſuper Eccleſias a[illegible], Epiſco[illegible]
ſubjectas, inſpectionem ſibi ſumere incipe[illegible]
nò, vel non adeò craſsè deficerent. Qu[illegible]
ri Apoſtolicæ praxeos, & regiminis in p[illegible] Eccl[illegible]
nè gnari & futura primatus incommoda præv[illegible]
manis ſeſe oppoſuerunt, & ut intra ſuæ diœceſe[illegible]
nerent, graviter admonuerunt, hinc factum, [illegible] pri[illegible]
quidem fuerit affectatus, non tamen acq[illegible]

Primus autem *Epiſcoporum, dominatum aff*[illegible]
ſticâ hiſtoriâ nominatur *Papa Victor*, in ordine [illegible]
ſupputationem Papiſticam. Illius enim tempore [illegible]
controverſia iſta *de celebratione Paſchatis*, quà in ceremoniâ [illegible]
tinæq; Eccleſiæ diſſentiebant. Quùm ergò ſententiam [illegible]
Græci nec approbare, nec recipere vellent, Victor i[illegible]
præter jus rapiens & ſibi arrogans, univerſas Eccleſia[illegible]
vit, & è communione reſcidit. Quam ipſius excommunica[illegible]
luti temerariam & incompetentem, non modò Græci [illegible]
ſed & multi Epiſcopi Latini indigne tulerunt, ideoq; Epiſcopi [illegible]
ctorem acerbè objurgàrunt, jubentes, ut magis quæ pacis [illegible]
ret, & concordiæ atq; unanimitati ſtuderet, quorum epi[illegible]
pore extitiſſe teſtatur *Euſebius* l.5.c.24. *Irenæus* quoque, etiam [illegible] Vi-
ctore ſentiret, tamen minimè molliter eum reprehendit, [illegible]
deſcribit *Euſebius*. Factum hoc circa annum Chriſti 101 [illegible]
bus *Theologis Magdeburgenſibus* centur. 2. c. 8. col. 154. Et hoc [illegible]
mum Eccleſiæ tentamen, fortiter tamen repreſſum, & à Græci[illegible] Vi[illegible]
rem illum pro Epiſcopo ſuo non agnoſcentibus, & à Latinis fa[illegible]
iſtud non approbantibus.

Sequenti verò *ſeculo* idem tentatum fuit à *Steph*[illegible] qui excom-
municationem *Heleno* & *Firmiliano* & cunctis per Cil[illegible], & [illegible]
dociam, & Galatiam, & univerſis conterminis gentibus m[illegible]
proptereà quòd hæreticos rebaptizarent. Verùm is conatus non [illegible]
cuit *Dionyſio Alexandrino*, & aliis piis doctoribus, ut patet ex [illegible]
piſtolâ ad *Xyſtum*, cujus fragmentum recitat *Euſebius* l. 7. c. 7.

Recenſent etiam Magdeburgenſes centur. 3 cap 7. col[illegible] & [illegible],
quòd Epiſcopi Romani presbyteros, in aliis terris juſte exco[illegible]
tos, ad ſeſe invitârint, cum iis communicaverint, & causâ non ſatis [illegible]

...e cognitâ, alerâ parte non auditâ, pro ipsis interpellaverint. Sed quùm ...prianus & alii subolfacerent, quò res ista tandem exitura esset, *statu-...um est ab omnibus Episcopis singularum provinciarum, æquum & justum ..., ut uniuscujusq; causa illic audiatur, ubi esset admissum crimen, & quùm ...gulis pastoribus portio gregis sit adscripta, non oportere eos, qui sub uno a-...quo sint Episcopo, circumcursare ad alium, præsertim, cùm omnium in ...gulis provinciis Episcoporum, eadem sit authoritas.*

Sequenti quoq; *seculo quarto*, à multis *intentus* fuit primatus, *non tamen obtentus*. Quam enim Pontificii jactant *donationem Constanti-ni M.* ea omninò fictitia, falsa & commentitia est, dudum à *Laurentio Valla*, & *Francisco Hottomanno in Fulmine bruto* satis masculè refutata. Ipse *Cardinalis Cusanus* l. 3. de *Concord. Cathol.* c. 2. fatetur, *in ipsa scriptura se reperisse manifesta argumenta confictionis & falsitatis.* Imò si Pontifices ab Imperatore Constantino suam acceperunt potestatem, quomodo illam juris divini esse, porrò obtinebunt? Et quid gloriantur super ista donatione? cùm ipsi Pontificales historici scribant, auditam fuisse eo tempore vocem spirituum, in aëre dicentium: *Hodiè venenum effusum est in Ecclesiam*, citante *Wolffio* tom. 1. *Lection. memorabil.* Cent. 4. pag. 99.

Episcopum quidem Romanum à Constantino, utpote pientissimo Imperatore, multis ornamentis fuisse decoratum, opibusque auctum, ut & Episcopos alios, non diffitemur: tam multa verò dedisse, primatumq; universalem concessisse, falsissimum est, quùm istum titulum *Bonifacius* demum à parricida *Phoca* emendicaverit, uti mox dicetur. Istud verò inter alia etiam, propter nimiam Episcoporum venerationem, permisit Imperator Constantinus, ut à judiciis civilibus ad Episcopos appellare liceret, ipsorumq; decisiones haberentur ratæ, & ad effectum per præfectos Cæsareos, perducerentur, teste *Sozom.* l. 1. cap. ... Quæ certè concessio postmodum ansam præbuit Episcopis Romanis, ut regnum Christi in politicum transformarent, & supra Magistratum legitimum sese paulatim efferrent. Erat autem hæc dignitas politica multis Episcopis communis, nec solis Romanis propria, quod indicium est, sat firmum, eo tempore Pontificatum in Ecclesiam nondum irrepsisse.

Hinc ipse *Pius II. seu Æneas Sylvius* Epistolâ 301. scribit: *Ante Nicenam Synodum unusquisq; sibi vivebat, & parvus respectus ad Ecclesiam Romanam habebatur.* Convocatum autem est *Concilium Nicanum* an-

 no

no Christi 310. juxta *Magdeburg.* Centur. 4. cap. 9. co[illegible]tum fuit, *ut singularum provinciarum una Ecclesia, & n[illegible] pus primus haberetur, qui super omnes ejus provinciæ Epi[illegible] haberet, quò omnia commodiùs administrari possent. Fa[illegible]nus Episcopus Primus suburbanarum seu circumjacentium [illegible] Carthaginensis Africanarum, Constantinopolitanus [illegible]* postmodum dicti sunt *Metropolitani, primates, Patriar[illegible] scopi:* nonnulli tamen Patriarchas & Archiepiscopos M[illegible] præfectos putant. Se verò invicem *Papas* & *P*[illegible] nabant.

Non autem plus potestatis aut jurisdictionis co[illegible] mano Metropolitano, quàm aliis, sed duntaxat *prærogativam & [illegible]matum ordinis* habuit, quoniam Roma, cujus erat Episcopus, in[illegible] orbe Christiano, ob imperii sedem, & Apostolorum Petri, Pau[illegible] nerationem erat celeberrima. Hinc *Africani Episcopi*, qu[illegible] Me[illegible]litanas Ecclesias in primas, secundas, tertias, & sic deinceps, [illegible]stinxissent, & tamen periculum esset, ne is cui primus [illegible]cus, Monarchiam aliquam affectaret, in *Synodo Carth*[illegible] lem posuerunt canonem, numero 26. citatum dist 99. *Primæ sedis Episcopus non appelletur Princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut [illegible] aliud hujusmodi, sed tantùm primæ sedis Episcopus. Universalis autem [illegible] etiam Romanus Pontifex appelletur.*

Erat verò ista Metropolitanorum ordinatio, pio quidem consilio instituta, sed postmodum magnis in Ecclesia dissidiis & [illegible] bus de primatu ansam præbuit, ut ita optimè cogitata pessimè ce[illegible]rint. Nam quùm Episcopi Romani viderent, se ab omnibus ob [illegible] & ordine primos esse inter Metropolitanos, non contenti primatu ordinis, affectabant etiam primatum jurisdictionis. Tentatum n[illegible] potissimùm fuit *sequenti seculo circa annum Domini 420.* à *Zozimo, Bonifacio & Cœlestino*, qui à *Concilio Carthag. VI.* primatum fraudulenter extorquere voluerunt, cui Concilio interfuit *Augustinus*, aliiq; multi Episcopi num. 217. Misit enim *Zozimus* ad patres istius Concilii *Faustinum, Episcopum Potentinum*, cũ duobus Romanæ Ecclesiæ Presbyteris, qui postularent, ut Episcopis Africanis liceret à sententia Metropolitanorum aut etiam Synodi appellare ad sedem Romanam, sibi[illegible] legatos à latere in Africam mittere concederetur, qui causas appellantium ad sedem Romanam ibi cognoscerent. Et ubi Patribus Concili[illegible] istud persuaderet, jus hoc in Concilio Nicæno sibi attributum, gloria-

Ubi aliquid interseritur de Zozimo & Cœlestino postulato in Concilio Carthaginensi.

...nis est. Inquisiverunt Patres diligenter in ipsa αὐτόγραφα canonum; & quùm tale quid Episcopo Romano concessum nullibi reperirent, scripserunt ad Bonifacium, Zozymi successorem, & posteà Cœlestinum, eosq; *taxant, quod injustè peterent, & monent, ne καπνώδη τῦφον τοῦ κόσμου fumosum seculi fastum, in Ecclesiam Dei inducant, prohibentq; ne quis ex Africâ ad Pontificem Romanum porrò appellaret.*

Quâ in historiâ *tria* diligentissimè sunt *observanda*, (1.) *Zozimum* non prætendisse suo primatui jus divinum aut Scripturam, uti nunc fit, nec etiam cit...sse consuetudinem, quòd jam per 400. annos ea Ecclesia super alias primatum tenuerit, sed tantùm jus humanum, id est, decreta Nicæna. Ex quo apparet, nondum moris fuisse, ut Papa exteris imperaret, ideoq; longi temporis præscriptionem citari non potuisse. (2.) magnam fuisse Papæ tum ambitionem, tum impietatem & impudentiam, quòd ausus fuerit Nicænæ Synodi canones tàm nefariè falsare, idq; scribens ad tantum Concilium, cui Augustinus ipse, cum multis doctissimis Episcopis interfuit: quæ duo fusè exaggerat *Flacius* in *historia primatus*, annexâ *refutationi invectivæ Bruni.*

(3.) *Patres illius Concilii non consensisse in ambitionem Romanorum Episcoporum, iisq; universalem Pontificatum non concessisse, sed denegâsse,* ex quo ita infero: Si Romani Episcopi jure divino primatū obtinerent, tum Augustinus aliiq; Episcopi Ecclesiæ præcipui, errâssent in articulo fidei fundamentali, omnisq; Scripturæ fuissent ignari, quandoquidem primatum illum non approbârunt, sed prohibuerunt. Hoc autem posterius quùm sit absurdum, prius illud, ex quo sequitur, falsissimum esse oportet. Et quicquid tandem exceperint Pontificii, semper tamen manebit hoc, primatum quidem fuisse affectatum à tribus istis Romanis Episcopis, sed à Concilio Carthaginensi, cui 217. Episcopi interfuerunt, esse improbatum & repressum, unde quid Ecclesia istius seculi de Pontificatu Romano statuerit, haut obscurè colligitur.

Notandum quoq; est, quòd *Concilia bis seculis frequenter celebrata non ab Episcopis, sed Imperatoribus Romanis sint convocata,* quod ipsum primatus nondum concessi argumentum est. Potestas præsidendi in Synodis non erat unicè penes Episcopum Romanum, aut penes alium certæ provinciæ Metropolitanum, sed vel is, in cujus provinciâ congregatum erat Concilium, vel qui doctrinâ & authoritate excellebat præ aliis, vel qui ab Imperatore, aut communi aliorum Episcoprū sententiâ esset ad id munus electus, probantibus hoc *Theol. Magdeb.* cent. 4. c. 7. col. 536. & cent. 5. c. 9.

2. Ætas primatus inchoati.

Et hactenus de affectat[illegible] o p[illegible] quitur ætas secunda, prima[illegible]us inchoati, [illegible]am [illegible] refero, annum tamen præcisè [illegible]on nomi[illegible]o [illegible] tatis in hoc seculo pedetent[illegible] cœpit [illegible], & mult[illegible] specimina edere. *Episcop[illegible] enim Romani* sedem [illegible] gloriosè de cathedra Petri, ex opinione vulgi, spargen[illegible] *ab Archiepiscopis & Patriarchis aliis, ut [illegible], quo[illegible] opus haberet, ad se referrent.* Hoc quùm fieret, & [illegible] tanquam Dominorum, sed veluti fratrum & [illegible] tur, ibi rem aliter interpretantes, laudarunt Episcop[illegible] Apostolicam, tanquam primam Ecclesiam omnia [illegible] esse, & promptos pro solicitudine, quam erga universa[illegible] officio habeant, suis & monitis & præceptis succurrere: a[illegible] opinionem istam de primatu Romano tacitè instillabant.

Porrò & *istud juris* sibi arrogabant, *ut si quid ab al[illegible] rectè fieri cognovissent, eos arguerent, & quid fac[illegible] rent, legesq́; de ceremoniis quibusdam dictarent.* Largi[illegible]tur [illegible] bus & Archiepiscopis privilegia, titulos splendidos, & in[illegible]s paulatim suos facerent. *Usurpabant* sibi potestatem confi[illegible]s in Episcopatu, & mandandi, ut in dissitis Ecclesiis, quem [illegible] ve[illegible]t & proponerent, Episcopus ordinaretur. Et *qui [illegible]*, in Synodis damnati, apud Episcopos Romanos, utpote ambitiosos & a[illegible]u, multùm faventes, sæpè quærebant præsidium, exinde paulati[illegible] *stituerunt, postulantes, ut in Episcoporum causis ad sedem Romanam [illegible] lari liceret.* Hinc *Sixtus* Epist. 3. ad *Orientales* c. 5. citantibus *[illegible]* cent. 5. Col. 778. decernit, ut *contra Episcopum ad sedem Apost[illegible] appellantem, nihil aliud statuatur, quàm Episcopus Romanus c[illegible]t.*

Quo fundamento jacto, porrò *rapiebant potestatem c[illegible] ad dicendam coram sese causam, & mittendi legatos ad rem[illegible] cias,* qui causas cognoscerent, & ad nutum suum deciderent. Quin etiam conati sunt sibi *super Archiepiscopos vendi[illegible]are auth[illegible]ta[illegible]*, [illegible]t si quid illi agerent, pro arbitrio Romani Episcopi egisse videren[illegible] servi & mancipia ejus essent. *Generalia concilia indi[illegible]bant*, Synod[illegible] ne suâ authoritate convocatas ut illegitimas rejiciebant, exe[illegible] & præsidendi jus sibi rapiebant, idq́; hac ratione, ut ad eos, quos [illegible] Imperatoris præsides fore noverant, initiò scriberent, & rogarent, ut [illegible] loco præessent.

N[illegible]

Nondum tamen ad summum potuerunt fastigium potestatis ascendere, quòd multi viri pii conatibus istorum resisterent, & Pontifices Imperatoribus adhuc subjecti essent. *Quin & ipsi Episcopi Romani hoc seculo* *[illegible]litatem adhuc simularunt* & ab ambitione primatus alienos se esse [illegible]bis indicârunt. Quùm enim in *Synodo Chalcedonensi Anatholius,* [Arc]*hiepiscopus Constantinopolitanus* sibi subjicere vellet orientales Ecclesias, ob concessionem *Synodi Constantinopolitanæ; Leo I.* statim repugnavit, clamitans, *Nicænam Synodum constituisse per singulas provin*[cias] *Metropolitanos, quibus omnes alii subjecti essent, & nullus planè impe*[r]*aret, nisi vel Synodi provinciales, vel universales. Pro his vitam se profu*[sur]*um* ait *& non passurum, ut quis Metropolitanos sibi subjiciat. Neminem* [n]*on debere in Ecclesia Dei imperandi cupiditate, & aliorum Episcoporum* [op]*pressione potentiam quærere, referente Flacio* in histor.primatus,p.212.

Verùm pleriq; putant meras fuisse fraudes, eò quòd *legati* hujus [Pap]*æ*, Canoni Nicæno, recitando in *Chalcedonensi Synodo*, talem præ[fi]xerunt titulum: *Quod Romanus Episcopus semper primatum habuerit*, [q]uùm tamen contrarium ipsa canonis verba doceant. Sequenti etiam tempore, Anatholio quiescente, *hic* ipse *Leo Orientales & Africanas Ec*[clesias] *[illegible]assentavit*, sibiq; subjicere voluit, sed non omninò potuit.

Seculo autem sequenti *sexto, Bonifacius II.* feliciori successu idipsum aggressus est, *dum Eulalio, Carthaginensi Metropolitano*, *aliisq; A*[fri]*canis consensum in Monarchiam & damnationem VI. Carth. Synodi ex*[to]*rsit* · ubi Bonifacius vel Malefacius iste de B. *Aurelio Augustino*, totoq; Concilio scribere non erubuit: *Aurelius præfatæ Carthaginensis Ecclesiæ* [ol]*im Episcopus, cum collegis suis, instigante diabolo superbire temporibus* [p]*rædecessorum nostrorum Bonifacii & Cælestini contra Sanctam Romanam Ecclesiam cœpit.*

Neq; tamen & tunc tyrannidem suam plenè obtinuerunt Episcopi Romani, quandoquidem nec Eulalius absolutam potestatem concessit, nec Constantinopolitani Patriarchæ quieverunt, qui & sibi œcumenici Episcopi nomen rapiebant. *Ortæ* enim *sunt eo tempore funestæ concertationes super præclaro isto Antichristi Palladio, primatu nempe & Episcopatu universali, inter Orientales græcas, & Occidentales latinas :* ubi tamen Deus duos pios humilesq; Episcopos Romæ excitavit, nempe *Pelagium II.* & *Gregorium M.* qui primatus ampliandi nullam susceperant curam; sed potius graviter reprehenderunt Constantinopolitanos, quòd adeò ambitiosi essent, & universalem præfecturam sibi raperent, referente

rente *Carolo Moli*[illegible], in commentar. *contr* [illegible] *Romanæ*, p. 222.

Gregorius certè *Magnus univers*[illegible] *novum*, l. 4. Epist. 32. *scelestum*, Epist. [illegible] *blasphemiæ*, Epist. 39. ubi addit, *n*[illegible] *un*[illegible] *sum esse, eumq; qui se universalem sacerdotem voc*[illegible] *in elatione suâ Antichristum præcurrer*[illegible] Ve[illegible] Gregorio sequentes Episcopi; quippe qui titulum [illegible] non retractârunt, ut potiùs omnibus modis [illegible] non Antichristi præcursores, sed Antichristum ip[illegible] ostenderint.

3. *Ætas primatus amplificati.* *Post mortem* verò *Gregorii* incœpit tertia ætas, [illegible] amplificati esse dixi, sub Episcopatu præsertim [illegible] enim utrinque de primatu pugnaretur, & *C*[illegible] *rent, arcem religionis debere ibi esse, ubi sit arx imperii*. [illegible] *ciperent, Constantinopolin esse tantum coloni*[illegible] *tes nonnulla de Petro ac Paulo*: tandem *B*[illegible] *facius* [illegible] *tyranno & parricida*, qui Dominum suum, *Imperatorem M*[illegible] ciderat crudelissimè, & ad imperium per proditionem ac pe[illegible] ascenderat, *ut Episcopus Romanus esset caput omnium Episcoporum* [illegible] *scopus œcumenicus sive universalis diceretur*. Quod quidem P[illegible] ciliùs concessit, ut parricidium a Bonifacio [illegible] approb[illegible] dium aliorum, ob perjurium istud conceptum, melius dec[illegible] storiam hanc fusè descriptam videbis apud *Magdeburg*. Cent. 7. [illegible] col. 226, 227.

Atq; ita nunc evidenter apparet, quomodo Episcopi Romani, Ecclesiâ nihil mali suspicante, per gradus ad istam Monarchicam tyrannidem ascenderint, dum *primo tempore* tantum *era*[illegible] *pre*[illegible] Episcopi, tum *Metropolitani*, vel *Archiep*[illegible] *opi*, deinde [illegible] tandem *Pontifices* vel *tyranni* summi & maximi.

Ubi simul recensentur media primatus Papistici. *Media* verò, quibus intervenientibus ad hoc M[illegible] gium pervenerunt, *in duplici sunt differentia*. Quædam [illegible] dam *directa* voco. *Indirectorum septem numero*. (1.) E[illegible] at *urb*[illegible] *jestas*. Quoniam enim illa sedes erat imperii, & dom[illegible] omni[illegible] tatum, totumq; mundum sibi subjugaverat, ideò etiam plu[illegible] & dignitatis concedebatur Episcopis Romanis: quam nemo q[illegible] disset, nisi turpiter eâ abusi fuissent. (2.) *Ecclesiæ Romanæ* [illegible]

…oniam enim ab Apostolis erat plantata, fidesq; ejus in universo or… commendata, & per multos persecutionum æstus, sub decem Imperatoribus probata, hinc factum, ut & postmódum ad eam respectus esset præ aliis major, quo abutentes Episcopi, semper ad altiora adspirârunt. (3.) *Petri Pauliq; veneratio.* Vulgata fuit fama & opinio, Petrum … prædicâsse, & Ecclesiam gubernâsse: accessit Pauli martyrium, … Ecclesia ista honorata fuit, & in toto orbe celebrata. Quia igitur Episcopi Romani summis istis Apostolis succedere putabantur, propterea … prærogativa, & primatus ordinis præ cæteris delatus fuit. (4.) *Metropolitanorum & Archiepiscoporum institutio.* Nā quùm inter ipsos primus … Episcopus Romanus, sumsit inde occasionem, cæteros etiam Episcopos ac Metropolitanos sibi subjiciendi, atq; ita toti œcumenicæ Ecclesiæ dominandi. (5.) *Immoderata adulatorum laudatio.* Multi enim e… qui ab aliis Metropolitanis excommunicati, ut sibi favorem Romani Primatis conciliarent, nimiis eum evehebant laudibus, nimirum, … esset caput Ecclesiæ & generalis Pastor, ideoq; licere sibi ad illum provocare & appellare. Quod ipsum faciebant & alii, vel opimo Episcopatui inhiantes, vel alia præmia ob id expectantes: quibus Elogiis ille semper magis magisq; fuit elatus, & de ampliandâ iurisdictione indies cogitavit. (6.) *Nimia Magnatum munificentia.* Sæpè enim quùm ad fidem Christianam conversi sunt Principes, aliivè viri potentes, gratitudinis ergò Romano Episcopo, tanquam primo in Ecclesiâ, non modò magnam auri & argenti vim, sed etiam prædia, arces, urbesq; multas, cum omnibus reditibus & censibus annuis, liberaliter donârunt, ut innumeris exemplis probari posset; quo factum, ut ille semper magis in… cresceret, viresq; majores pedetentim acquireret. Hinc ad Pontificem *Adrianum IV.* scripsit Poëta:

——— ——— *Romanus tempore prisco*
Pauper erat Præsul: regali munere crevit.

…*Intempestiva Episcoporum & Imperatorum Indulgentia.* Debuissent e… illi se opponere ambitiosis Episcopis Romanis, & de jure ac jurisdictione suâ nihil remittere, primatumq; omni opere & operâ inhibe… verùm Episcopi ipsos noluerunt offendere, Imperatores nihil mali … suspicati, ideoq; ex piâ affectione concesserunt iis sæpè, ut in Synodis præsiderent, decreta confirmarent, ortasq; cōtroversias deciderent. … certè permissio & conniventia, quum præsertim abusus accederet, non minima fuit causa primatus & fastus Romanorum Episcoporum.

Atq; hæc indirecta fuerunt med[illegible] *directa* [illegible] *fraudulentia & violentia*, vel conjunctim, *violenta fraudulenta violentia*. Quicquid enim egerunt & si sic per[illegible] pro stabiliendo primatu, id ferè omne fraudulentum f[illegible] *norum canonum falsatio*, technarum Papalium exemplum [illegible] stissimum. Quod verò fraude exequi non poterant, id [illegible] & [illegible] tabant; vel si vires suas inferiores putarent, Imperato[illegible] tur, & ipsorum subsidia emendicabant, uti Bonifacius III. fe[illegible] ergò sunt media illa præclara, quibus Episcopi Rom[illegible] suum, quinto seculo inchoatum, cum magno proh do[illegible] lo & detrimento ampliârunt & egregiè adauxerunt.

Neq; tamen statim perfectum fuit mysterium iniquitatis, quan[illegible] dem *plenitudine temporalis potestatis*, *septimo* adhuc *s*[illegible] *tur Pontifices*, & Imperatoribus parêre cogebantur, à quibus [illegible] usque *ad Benedictum II.* qui electus Anno Christi 684. [illegible] confirmati sunt. Isti verò Benedicto hoc privilegium [illegible] *rator Constantinus Pogonatus*, uti vocatur à *Magdeburg.* cent. 7. col. [illegible] ut sine Imperatore crearetur, quùm anteà semper manibus Cæ[illegible] creati & inaugurati essent. *Sequentibus* verò *secul[illegible] nihilominus Imperatoribus subjecti erant*, nec super eos potestatem habebant aut exercere poterant: quod jus longo quoq; tempore *Cæsaribus Germanicis* inviolatum permansit, licèt Papæ sæpiùs cervicem suam contra eos exercere conarentur. Demùm verò *tempore Heinrici IV. Imperat[illegible] Roman[illegible]*, *summam, diuq; expetitam in temporalibus potestatem sibi rapuerun[illegible]*, quod factum *sub finem undecimi & initium duodecimi*, post Christum natum *seculi*.

4. *Æas primatus consummati.* Eo igitur tempore cœpit quarta ætas, *quam* primatu[illegible] consummati esse dixi, propterea, quòd tum Pontifices Romani plenitudinem potestatis, non tantùm in spiritualibus, sed etiam secula[illegible] vi & fraude usurpaverint, & super Imperatores Regesq; terræ [illegible] ipsos evexerint. *Factum hujus tyrannidis initium à Pontifice Gregorio VII.* qui communiter *Hildebrandus* vocatur.

Hic enim *Heinricum IV. Imperatorem*, eò quòd in om[illegible]bus parêre recusaret, *excommunicavit*, *omnesq; Imperatoris subditos a* [illegible] *obedientiæ absolvit*, Anno Christi 1076 referente *Osiandro* cent. [illegible] 2. Quo Pontificiæ excommunicationis fulmine plurium Germ[illegible]

Princ[illegible]

...incipum animi ab Imperatore abalienati sunt, nec solùm obœdientiam detrectârunt, sed ut dignitate suâ penitus exueretur, creberrimè ...ctârunt, *donec tandem consentientibus legatis Pontificiis, in oppido Forchheim, Rudolphum, Suevorum Ducem, Imperatori Heinrico substituerent, & ab Archiepiscopo Moguntino coronari curarent.* Rudolpho isti Papa coronam per legatos misit, hoc Pontificio versu exornatam: *Petra dedit Petro; Petrus Diadema Rudolpho.*

Qualis verò bestia fuerit Hildebrandus iste, ex Historiis constat, & Heinricus IV. in epist. quadam laudes ejus sic commemorat: *Dominus noster Jesus Christus nos ad regnum, te autem non vocavit ad sacerdotium. Tu enim his gradibus ascendisti; astutiâ pecuniam, pecuniâ favorem, favore ferrum, ferro sedem pacis adiisti, & de sede sedem pacis turbâsti.* Rulandus Parisiensis sacerdos Romæ, astantibus Episcopis, dixit: *Iste Hildebrandus neq; Pastor, neq; Pater, neq; Pontifex est, sed fur est, lupus, latro atq; tyrannus.* Hic enim primus edixit, ne quispiam vel Rex, vel Archiepiscopus, vel cujusvis conditionis homo, Papæ legatis resistere auderet: primus præcepit, ne quis Episcopatum, vel aliud beneficium Ecclesiasticum à Laico acciperet: primus usurpavit summam jurisdictionem temporalem; *sibiq; datam potestatem, imperia & regna, & quicquid mortales habent, auferre & conferre cui voluerit, & verbis, & armis, asseruit,* referente *Carol. Molinæo* in Comment. contra *parvas datas* p. 161. & seqq.

Quùm autem jam electus esset Rudolphus, multa commissa sunt prælia inter utrumq; Imperatorem, multumq; Christiani sanguinis fusum est, autore Papa & Episcopis, *donec* tandem in conflictu *Rudolphus manum, & non longè post vitam amitteret.* Licèt verò deposito Hildebrando, & substituto Clemente III. Episcopo Ravennatensi, Heinricus IV. Imperio vicissim potitus fuerit: tamen paulò pòst *à Papa Paschali II. Imperiali dignitate vicissim exutus, & miserè depositus est*, circa an. 1106.

Fuit enim eo tempore *celebrata Synodus Moguntiæ*, è quâ exclusus imperator, jussus est in *Ingelhaim* expectare, ne fortè multorum animi aspectu Imperatoris, propter personæ senilis & gravis majestatem permoverentur. Interim verò *Legati Pontificii fulmen excommunicationis in Imperatorem, nondum legitimè depositum, nec auditum, nec vocatum promulgant.* Mittuntur ad Cæsarem *Moguntinus, Coloniensis & Wormatiensis Episcopi*, qui ab Heinrico peterent, ut insignia Imperii volens traderet. Quod quum recusâsset, *Episcopi ipsi coronam Imperatori de capite detrahunt,*

bunt, & sede detractum, omnibus Imper[illegible]libus orn[illegible] perium Heinrico V. filio, volente & jubente Papa, [illegible] Pontifex Romanus excussit jugum Imperatorum, [illegible] pro nutu obtemperare fecit. Licèt verò non [illegible] inquam [illegible] res, bestia tamen illa superior tandem evasit, omnesq; [illegible] suppressit & excommunicavit. Notum est quomodo *P[illegible] III. Imperatorem Fridericum I.* cognomento *Barbaross[illegible]* ferè tractaverit, collum ejus conculcando, istud *P[illegible]* tando: *Super aspidem & basiliscum ambulabis, & co[illegible] draconem.* Quùm autem Cæsar responderet, *Non [illegible]* Pontifex denuò conculcans collum Imperatoris insole[illegible] *mihi, & Petro.*

Eandem tyrannidem *continuârunt* etiam *alii Papæ* [illegible] *seculo*, & ex iis præsertim *Greg. IX.* qui *Decretalium opus* [illegible] *spano* congestum publicavit, atque ita leges Imperiales ex[illegible] ipse arma cepit cont. *Imp. Fridericum II.* Sueviæ Ducem, & [illegible] populum Romanum, renovans & persequens bell[illegible], à su[illegible] bus, contra Imperium inchoata. Et ut victoriâ citiùs potiretur, [illegible] hinc inde sparsit rumores, nunc de calamitate, nunc de morte Impera- toris, contra Saracenos in Syria fortiter dimicantis; quem [illegible] gnis & ditionibus spoliabat, corrumpens civitates imperii [illegible] ribus & censuris, milites pecuniâ, populumq; Romanum [illegible] superstitione; quemadmodum *Platina* in ejus vita, & [illegible] *Urspergensis* testantur.

Illo autem, ut & *Cœlestino IV.* demortuo, successit *Innoc[illegible] IV.* Anno 1243. qui primùm *Frideric. II.* amicus erat intimus, sed *fa[illegible] Pontifex, etiam factus est apertus Imperii inimicus.* Hic enim judicialiter Imperatorem istum, tanquam subditum, citare ausus est, & [illegible] sententiam ferre privationis Imperii & regnorum. Quam [illegible] *omnes milites, & vasallos Imperiales sacramento de facto solvit, & [illegible] gatum, quem vocavit Apostolicum, Imperatorem ad Parmam deb[illegible] & Imperialibus ornamentis gazisq; spoliatum, in Siciliam persecutus, [illegible] solùm Cardinalem, belli ducem, sed etiam Episcopos, Clericos, & M[illegible] ad illud, ut sacrum bellum, accitos, emisit armatos: & mox tanqu[illegible] subacto imperio triumphans, statuit, ut Cardinales [illegible] equo [illegible] publicum vecti, rubro purpureoq; galero & amictu uterentur,* quo [illegible] ipse, tanquam summus Imperator, non solùm purpurato sed & [illegible]

Senatu circumdaretur. Et *ab hoc potissimum tempore Pontifices, non ... universale in Ecclesiâ dominium, sed etiam summam in temporalibus ... statem, cum subjectione Imperatorum, obtinuerunt, & ... ty...nicè exercuerunt.*

Quum ergò jam viderent, & summam dignitatem, & summam ...estatem ad se devolutam, *cogitârunt* etiam *de corradendis totius or... ...bus & thesauris*, ad quem finem nihil magis conducibile viderunt, ...*ordinationes Indulgentiarum.* Emiserunt ergò hinc inde suos in...ctores, qui putidas istas, rancidasq; merces ubiq; venales exponerent, ...argentiq; vim maximam cumulantes. Quum verò isti emissarii ni...mis & incredibilibus sua mercimonia laudibus eveherent, & de remis...ne peccatorum nimis crassè loquerentur: *DEUS ter Opt. Maxim. cle...ter misertus Ecclesiæ suæ*, jam satis diu pressæ & quassatæ, *excitavit Wittebergæ, Beatum Lutherum* Anno Domini 1517. *qui foribus templi ...mnium Sanctorum contra Indulgentias theses eruditè scriptas affixit, & de ...publicè disputavit.*

Atque *eo tempore cœpit* quinta & ultima Pontificum ætas, ...*ǽm* primatus revelati nominavi, quandoquidem & fraudes, & super...tiones Pontificiæ hoc postremo seculo revelatæ sunt adeò evidenter, ...Romana Ecclesia, tanquã ipsius Antichristi synagoga secessionem ...cerint plurimi; suusq; honor Deo, Ecclesiæ veritas, conscientiis tran...llitas, & debita Regibus potestas, successum largiente Altissimo, ...citer restituta sit, & nos cum *Angelo Apocalyptico* ex cap. 14. v. 8. c. 18. ... & 10. lætum istud Epinicion ingeminare queamus: *Cecidit, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmoniorum & custodia omnis spiri... immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis. Exulta su... ...tam cœlum, & sancti Apostoli, & Prophetæ, quoniam judicavit Deus ju...cium vestrum de illa.* 5. *Ætas primatus revelati.*

Ex hâc igitur historicâ narratione satis apparet, quomodo Pon...cia Monarchia, vel Tyrannis in Ecclesiam sit introducta; quàm exi...ua habuerit initia, quàm tarda incrementa; quibus modis fuerit am...ata; & quàm subdolè, quibusq; fraudibus & diabolicis artibus fuerit ...fecta & consummata: Id quod nõ duntaxat ad Jesuwiticarum stro...arum refutationem, sed veritatis etiam confirmationem multùm ...cere existimo, siquidem *primis Papatus causis cognitis, nec antiquitate ...endi, nec de Ecclesiæ Roman. apostasiâ dubitare, nec à veritatis agnitio... ne & confessione ulteriùs facilè dimoveri poterimus.*

CAPUT

CAPUT II.

DE MAGISTRATU EJUSQ[illegible] OFFICIO.

QVÆSTIO I.

An & qualem Magistratus politicus habeat [illegible] quoad religionem, & res Eccle-siasticas?

Triplex est potestas Ecclesiastica.

SCriptores Pontificii *triplicem* commemorant potestatem [illegible] sticam. *Primam* vocant ordinis; *Secundam* Jurisdictionis [illegible] rioris; *Tertiam* Jurisdictionis exterioris.

Ordinis, Jurisdictionis interioris, Jurisdictionis exterioris.

Potestas ordinis consistit in prædicatione verbi, & ad[illegible] Sacramentorum: Potestas *jurisdictionis interioris* con[illegible] in [illegible] vium, in peccatis vel remittendis, vel retinendis. Pot[illegible] *exterioris* consistit in externo Ecclesiæ regimine [illegible] dit indictionem Synodorum; sanctionem legum Ec[illegible] canon[illegible], v[illegible]a-tionem & depositionem Pastorum, & similia.

Potestas *ordinis & jurisdictionis interioris* Magistra[illegible] politico nequaquam competit, sed soli ministerio, cujus tantùm e[illegible] Sacramenta administrare, & peccata solvere vel ligare.

De quâ quæritur, Num spectet ad Magistratum Christianum? Negant Pontificii.

De *Jurisdictione autem exteriore* controvertitur, *Num il*[illegible] ad Magistratum Christianum? *Num iste* religionem & [illegible] & administrare debeat?

Negativam tenent pleriq; Pontificii. Ita enim scribit S[illegible] in Relect. controv. 2. quæst. 5. art. 1. p. 253. *Princeps laicus non pot*[illegible] *a-re de fide, aut ferre leges Ecclesiasticas de externo cultu, de di*[illegible] *a, d*[illegible] *tiæ & regiminis forma.* Eos autem, qui contrarium doceant, app[illegible] pag. 254. *Laicocephalos*, & ipsam doctrinam pag. 261. indigita[illegible] *phaliam*.

Bellarminus *lib. 1. de R. P. c. 7* pro errore habet, si qui[illegible] Princi[illegible] seculares vocet *Ecclesiæ optimates*, & doceat, *Ecclesiæ curam &* [illegible] *ad eos pertinere.* Quos errores scribit col. 618 R[illegible] *habuit etiā* [illegible] *Angliæ Rex. Is enim se caput Ecclesiæ Angl*[illegible] *&* [illegible] *censuit, alios Principes capita suprema Ecclesiæ in suis ditio*[illegible] *bus* [illegible] Idem *l. 1. de Conciliis, c. 12. & sequentibus* disputat; *Jus convoc*[illegible] [illegible]

universalia, non convenire supremo Magistratui Politico, sed tantum Pontifici Romano. Sic l. 3. de Laicis cap. 17. scribit; Ad Magistratum non pertinere judicium de Religione. Similia habet Nicolaus Sanderus lib. 2. de Visibili Monarchia Ecclesiæ, c. 3. in solut. 5. object. Gretserus lib. 2. considerationum ad Theologos Venetos, consid. 1. 2. & Tannerus lib. 1. defensionis Ecclesiasticæ potestatis, cap. 15. Cum-primis verò prolixus est Jesuwita *Becanus*, qui aliquot opuscula de thremate conscripsit.

Primum continetur Tomo 2. pag. 423. seqq. quod vocat *Serenissimi Jacobi Angliæ Regis Apologiæ, & monitoriæ præfationis refutationem*, quâ probare contendit, Regem vel Magistratum Politicum non habere primatum Ecclesiæ, ut ipse loquitur, jure naturali; nec jure divino Veteris Testamenti; nec jure divino Novi Testamenti; nec jure civili, vel Canonico, nec consensu doctorum hominum, nec titulo præscriptionis. *Quid ergo facient Reges*, quærit ipse c. 8. th. 4. p. circa *Ecclesiam & Religionem, si neque curam illius omninò rejicere, nec etiam libertatem indulgere possunt? Dicam verbo*, ait: *Debent eam tueri ac defendere, non ut Domini, sed ut ministri; neq; ut Judices, sed ut Executores*. Nimirum hoc volunt, ut principes ad Papæ subsellia subjiciantur, ut ejus fiot ministri & executores, faciantq; id omne, quod Papa faciendum esse imperat.

Secundum legitur Tomo 2. p. 514. quod appellat *refutationem Torturæ Torti.*

Tertium extat Tomo 3. & inscribitur, *Dissidium Anglicanum, de primatu Regis.*

Quartum habetur Tomo 3. pag. 255. seqq. cui titulus est: *Duellum Martini Becani, cum Gulielmo Tockero, de primatu Regis Angliæ.*

Nostrum verò institutum jam non est, hanc controversiam plenè pertractare, & ad singula Becani argumenta fusè respondere, quum integer conscribendus esset tractatus; sed tantùm mentem nostram paucis explicare, argumenta præcipua brevissimis tangere, & lectorem plura desiderantem ad Scriptores alios remittere placet.

Dicimus igitur 1. *Duo extrema in hac quæstione diligenter esse devitanda*, nimirum ne erretur vel in excessu, vel in defectu. *Nos duo extrema vitamus,*

In defectu errant ii, qui Christianos Principes ab omni rerum Ecclesiasticarum cura volunt esse alienos, solisque doctoribus illam committendam esse statuunt.

In excessu errant alii, qui omnem Ecclesiae ... Magistratui soli adsignant, & suppresso ministerio, ad ... luntatem omnia conformanda esse existimant, id quod ... *ster καισαροπαπίαν* quandam appellare soliti es est ... Priori subscribunt Pontificii; *posteriori* vero quidam Politici.

Et mediā viam eligimus, II. Nos ab utrisq; divortium facientes, *mediam* ... ut ita inter Scyllam & Charybdim tuti ... navigare ... Magistratum omninò pertinet aliqua rerum ... quod asserimus contra Pontificios. Ea verò cura non ... illimitata; sed restricta, & certis limitibus inclusa ... rimus contra quosdam Politicos. Curanda est Ecclesia ... sterio, tum à Magistratu. Ut igitur cura ministerii tollere ... munia Magistratus; sic cura Magistratus tollere non debet ... nisterii. Faciat uterq; statum, quod suum est, sine confusione ... egrini muneris invasione. Sic Ecclesia aedificabitur ... habebunt rectissimè, de qua utraque nostrae assertionis parte ubelius nunc agendum restat.

Docentes primùm, Aliquam Religionis curam cō-venire Magistratui, Quod probatur A custodiâ legis Magistratui demandatâ. III. Quòd igitur aliqua Religionis, & rerum Ecclesiasticarum cura, simulq; potestas quaedam circa illas externa ad Magistratum Christianum pertineat, (sive illa *Prima* ... vocetur sive *suprema* ..., uti quibusdam placet, quùm litigare nolumus de vocabulis) probari potest sequentibus argumentis.

I. A custodia legis Magistratui demandata. Deut. 17. v. 18. *Postquàm sederit Rex in solio Regni sui, de ... ribet sibi deute ... legis hujus in volumine, accipiens exemplar a Sacerdotibus Le... & habebit secum, leget q; illud, omnibus diebus vitae suae, ut ... Dominum Deum suum; &* Custodire *verba & ceremonias, qu... lege praeceptae sunt.* Jos. 1. v. 7. *Confortare, & esto robustus valde, ut ... & serves omnem legem, quam praecepit tibi Moses servus meus.* Notetur autem (1.) *quòd* nomine legis intelligatur, non tantùm species, sed totum systema legum divinarum, sive morales fuerint, sive forenses, sive ceremoniales, quae erant appendices legis moralis, & quarum expressa fit mentio, *Deut.* 17. *v.* 18. Unde porrò sequitur, non ... solo secundam legis moralis tabulam de officiis erga proximum, sed ... primam de cultu divino, custodiae Magistratus commissam esse, qua de causa nominatur *custos utriusq; tabulae.* (2.) *quod* non intelligatur tantùm custodia legum personalis, & privata, quòd Rex pro sua per-

...na non minus ac reliqui præcepta divina custodire, hoc est, observ... teneatur; sed etiam simul, & quidem præcipuè *custodia officialis publica*, quòd Rex curare debeat, ut Lex Domini purè doceatur, ut c...ltus secundum leges ceremoniales instituatur, & politia secundum ...es forenses administretur. *Qualis enim custodia* respectu legum ...cemonialium & forensium intelligitur, talis etiam respectu legum moralium intelligenda est. *Sed respectu* legum ceremonialium & fo...ensium intelligitur custodia officialis & publica; siquidem Rex aliâ ...tione non poterat custodire leges ceremoniales & forenses, quàm ...ovidendo & disponendo, ut cultus in Ecclesia, & actus omnes in politia secundum illas instituerentur. *Ergò* etiam respectu legum moralium intelligenda est custodia publica & officialis, quæ consistebat in conservatione cultus divini, & cura rerum Ecclesiasticarum, quo etiam sensu verba præcepti istius divini fuisse accepta, ipsa praxis, & exempla piorum Regum satis attestantur. Hinc Regi Joas in solemni inauguratione *liber testimonii* à Jojada Pontifice datus fuit, ut nosset curam & custodiam illius publicam sibi esse commendatam, 2.*Reg*.11.*v*.12. 2.*Paral*.23.*v*.11. ubi vulgata sic reddidit: *Dederunt in manu ejus tenendam legem*, nempè in signum, quòd eandem tueri, & semper providere debeat, ut secundum illam expediantur omnia in Ecclesia & curia. Hinc igitur argumentum tale nectimus:

Cui divinitus commissa est publica custodia omnium legum divinarum, ad illum quoq; spectat religionis cura, habetq; ille potestatem aliquam externam circa res Ecclesiasticas.

Atqui Regi & Magistratui politico divinitus commissa est publica custodia omnium legum divinarum.

Ergò ad Regem & Magistratũ Politicum spectat quoq; religionis cura, habetq; ille potestatem aliquam externã circa res Ecclesiasticas.

2. A divinis promissionibus. Esa.49.v.23. *Erunt Reges nutritii tui, & Reginæ eorum nutrices tuæ.* C.60.v.16. *Suges lac gentium, & mammillâ Regum lactaberis.* *A divinis promissionibus.*

Sermo hìc est de conversione Regum ac Magnatũ, & additur peculiaris fructus, ex illa ad Ecclesiam redundaturus, nempe quòd Reges futuri sint ipsius nutritii, hoc est, curatores & tutores. Nam אמן quæ vox in Hebræo legitur, notat propriè nutritorẽ, tutorem, dispensatorẽ, à rad. אמן fidelis fuit, quia tutor & nutritius filiũ alterius in suã fidẽ & clientelã recipit, *Num*.11.*v*.12. 2.*Reg*.10.*v*.1. *Esth*.2.*v*.7 Hinc ita possumus concludere:

Quod est officium nutritiorum & tutorum erga p[illegible] præstare debet pius Magistratus circa Ecclesiam, cuj[illegible] esse debet.

Sed officium nutritorum & tutorum erga pupillos e[illegible] benè educentur, rectè informentur, & contra quasvis i[illegible] defendantur, ideoque præceptores iis præficiunt, de vict[illegible] & [illegible] prospiciunt, examina quandoque instituunt, profectus [illegible], & quæ alia sunt hujus generis.

Ergò idem præstare debet pius Magistratus circa Eccl[illegible], ideoque cura illi incumbit, ut veri & orthodoxi doctores præ[illegible], ut salaria constituantur ministris Scholarum & Ecclesiæ, ut visitationes nonnunquam instituantur, & quæ alia sunt opera ad Ecclesiæ profectum & ædificationem facientia.

A fine precum pro Magistratu fusarũ. 3. A fine precum pro Magistratu fusarum. Tangi[illegible] ille 1. Tim. 2. vers. 1. *Adhortor igitur, obsecrationes & orationes fieri pro omnibus hominibus, v. 2. pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus* ἐν πάσῃ εὐσεβείᾳ καὶ σεμνότητι, *in omni pietate & honestate.*

Jam *qui* est finis precũ, à Christianis pro Magistratu fundendarũ, is etiam finis debet ipsi Magistratui propositus esse in suo officio.

Sed finis precum est, ut tranquillam vitam agamus, in [illegible] pietate & honestate.

Ergò idem finis Magistratui debet esse propositus.

Ulterius verò ita pergimus argumentando: *Si in officio* suo Magistratus eò spectare debet, ut subditi in omni pietate & honest[illegible] tranquillam agant vitam, utique cura etiam religionis ad illum pertinebit. *Sed* verum est prius. *Verum* igitur & posterius. *Rationem consequentiæ* hanc damus, quia pietas, quæ priorem tabulam & cultum Dei vitamque spiritualem respicit, à Magistratu conservari in populo nequit, nisi ille curam habeat religionis, veros pastores constituat, legesque ac ritus præscribat utiles & salutares.

A generali officio Magistratus. 4. A generali officio Magistratus. Potestas, cui omnis anima, ne quidem Sacerdotibus exceptis, debet subjecta esse, habet jus νομοθετικὸν circa omne bonum subditorum; quia cui subjecti sumus, is nobis leges dare potest, non quidem pro arbitrio; sed juxta ductum Scripturæ, & rectam rationem. At potestati supereminenti, seu Magistratui, omnis anima, nullis exceptis, debet subjecta esse,

esse *Rom.13.v.1.* Ergò Magistratus habet jus ταμοθετικὸν circa omne bonum subditorum, & per consequens etiam circa bonum Ecclesiasticum.

A titulis & encomiis Magistratui tributis.

5. A titulis & encomiis Magistratui tributis. Multa eorum sunt, duo tantùm urgebo: Principes & Reges dicuntur Pastores, *Esa.* 44. *v.* 28. *Jerem.* 49. *v.* 19. Jam uti pastorum est, de salutaribus pascuis suo prospicere gregi; Sic Principum est curare, ut subditi ad pascua doctrinæ salutiferæ deducantur, quod fit, si orthodoxos doctores præficiant, hæreticos abigant, synodos instituant, & leges utiles præscribant. Deinde nominantur Patres, 1. *Sam.* 12. *v.*15. Ut igitur Parentibus incumbit, non solùm de victu & amictu liberis prospicere; sed eosdem quoque ἐν παιδείᾳ καὶ νουθεσίᾳ κυρίου, in disciplina & correctione Domini educare, *Eph.* 6. *v.* 4. Ita Magistratui, tanquam Patri Patriæ incumbit, non tantùm de externa subditorum felicitate; sed etiam de illorum in vera religione institutione, & spirituali educatione solicitum esse.

Ab exemplis piorũ Regum & Principũ.

6. Ab exemplis piorum Regum & Principum, qui de ritibus & officiis Ecclesiasticis juxta verbum Dei aliquid constituerunt. Josua Israelitas circumcidendos curavit, *c.* 5. legem Dei populo promulgavit, *c.* 8. fœdus cum Deo renovavit. *c.* 14. Rex David omnia ministeria templi & officia disposuit, 1. *Par.* 23. Levitas, cantores, janitores, constituit, 1. *Par.* 28. & arcam reduxit, 2. *Reg.* 6. Rex Salomon templum dedicavit, 1. *Reg.* 8. Hiskias cultum corruptum repurgavit, Sacerdotibus salaria constituit, & in templo gazophylacium poni præcepit, 2. *Paral.* 31. Josias religionem collapsam reparavit, & Pascha restituit, 2. *Reg.* 23. Josaphat Sacerdotibus & præfectis suis Ecclesiam visitandi cultumq; restaurandi, negotium dedit.

Sic Leo Imperator, *Constit.*15. disposuit de Baptismo, ut in quocunque oratorio eum peragi liceret. Et *Constit.* 17. statuit, quando puerperæ divinorum mysteriorum participes fieri, & quando infantes baptizari debeant. Justinianus *Novell.* 123. *cap.* 31. litanias prohibet fieri à laicis, non præsentibus clericis. *Novell.* 137. *cap.* 6. jubet Presbyteros & Episcopos non in Secreto mussitare, sed clarâ voce, quæ à populo fideli audiatur & intelligatur, in S. Cœna & Baptismate preces pronunciare. Pari modo, quòd Reges & Imperatores judi-

cia Ecclesiastica constituerint, de Sacerdotibus vocan[illegible] dirigendis & deponendis leges tulerint, exemplis mul[illegible] doceri potest. Rex Salomon Sacerdotem Abjathar de[illegible] Joas Pontificem, in templi cura negligentem, ca[illegible] Josaphat misit Principes suos, & cum his Sacerdotes, u[illegible] civitatibus Judæ juxta legem. Amaziam quo[illegible], Sace[illegible] cem præfecit in iis, quæ ad Deum pertinent, 2. *Paral 19*. C[illegible] M. causam Donati & Cæciliani Episcoporum cog[illegible]ovit [illegible] *Euseb. lib. 10. c. 5.* qui etiam sic allocutus est Episcop[illegible] *pi in Ecclesia; Ego extra Ecclesiam seu templum Ep[illegible] stitutus*, Euseb. l. 4. c. 14. *Theodosius* Nectarium Ep. [illegible] nopolis designavit, *Socrat. l. 5. hist. c. 19.* Honorius *l. 4 c. de* [illegible] statuit, ne urbe Constantinopoli essent plures quàm 950. D[illegible] Collegiati. Valentinianus Diaconissam non minorem 50. a[illegible] recipi. *l. 9. C. de Episc. & Cleric.* Leo, *l. 30 C. de Episc.* interd[illegible] ne quem excommunicent, nisi justa causa probata sit, [illegible] arceat à communione ad tempus. Justinianus, *Novell 1*[illegible] vacante ArchiEpiscopatu Constanti. sancit, ut tres prob[illegible] designentur, & ex his unus eligant; etiam laicum eligendi [illegible] tiam. *Novell. 123. c. 10.* vetat, Clericos & Episcopos aleâ ludere, ludentes deponit ad triennium, &c. Refet huc illud etiam, quod Constantinus protulit in epistola, Ecclesiis scripta post Synodum Nicænam, apud *Euseb. l. 3.* de ipsius vita, *p. 891. Putavi, mihi ante omnia in[illegible] dum esse, ut in Ecclesiâ fides, unâ felicissimi populi sincera charitas & religio erga autorem omnium Deum nusquam discrepans observetur.* Marcianus Imperator, in prima Sessione Concilii Chalcedonensis sic alloquitur Sanctam Synodum: *Quum primùm per electionem in regnum de secreto Dei provecti sumus, inter tantas publicas utilitates nullum magis constrinxit nos negotium, quam rectam & veram fidem Christianam, quæ sancta & veneranda consistit, indubitatam omnibus declarare.* Socrates in procem. l. 5. Histor. scribit, se propterea in Historia Ecclesiastica mentionem Imperatorum fecisse, quòd ex illo tempore, quo Christiani esse cœperunt, Ecclesiæ negotia ex illorū nutu pendere visa sint, & maxima Concilia de eorum sententia convocata. *Theodosium* hoc nomine commendat *Ambrosius*, quòd morti vicinus potiorē Ecclesiæ, quam imperii curam gesserit. *Justiniani* vox memoratu digna extat Novell. 3. *Non minor nobis cum est horum, quæ sanctissimis Ecclesiis prosunt, quam*

ipsius

ipsius animæ. Carolus Magnus, confecto bello difficili a d[...] rno, quo Saxones ad Christi agnitionem cultumq; traduxit, Episc[...] plures apud ipsos instituit. Quod ergo licuit antiquis Reg[...] peratoribus, cur non etiamnum Christianis Principibus lice[...]

7. A salute Reipublicæ Magistratui generatim c[...] mendatæ. Qui curare debent salutem Reipublicæ in genere, ill[...] procurare debent omnia ea, sine quibus Respublica salva consistere [...] nequit. Inter ea verò eminet cura religionis & sacrorum; Unde *Philosophus* l. 7. polit. c. 8. inter ea ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη, curæ religionis, quam ipse vocat περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλειαν, Principem locum assignat. Plato etiam *l. 2. de Republ.* præcipuam curam in Republic. de religione suscipiendam esse dicit. Ac nititur hæc Philosophi sententia optimis rationibus *Religio est societatis humanæ fundamentum*, Cicero lib. 2. de Nat. Deor. *est Magistratus propugnaculum*, Plato lib. 4. de Republ. *Est vinculum legum, & honestæ disciplinæ*, idem l. 8. de Legibus: Nec ullâ re magis tàm qui parent; quàm qui imperant in suo contineri possunt officio, quàm religione & Dei metu. Carolus de Marill. Episcopus Viennens. in Conventu Fonteneblicano dixit: *Regna duabus præcipuè niti columnis; veræ religionis exercitio, & subditorum benevolentia, quæ ex veræ religionis cognitione oriatur, & clementi gubernatione comparetur.* Osiander in Histor. Anno 1560. Hinc etiam gentilium Nomothetæ inter leges politicas, semper unà tulerunt aliquas de Religione, quia ex lumine naturæ persuasum ipsis fuit, ad Magistratum, potestate ferendarum legum instructum, curam religionis pertinere vel maximè; quam ob causam teste *Arist. l. 3. Polit. c. 1.* antiquitus Reges præter belli imperium etiã Religionis & cultus Deorũ curã exercuerunt.

Magistratui [...] tim [...] mendatæ.

8. A testimoniis veterum. Augustinus epist. 50. ad Bonifacium: *Quod dicunt, qui contra suas impietates leges justas constitui nolunt, non petiisse à Regibus terræ Apostolos talia, non considerant alud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat Imperator, qui pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud Propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes,* &c. *nondum autem agebatur quòd paulò pòst in eodem Psalmo dicitur: Et nunc Reges intelligite, & servite Domino,* &c. *Quomodo ergò Reges serviunt Domino in timore, nisi ea quæ contra jussa Domini fiunt, religiosâ severitate prohibendo & plectendo?* Aliter enim *servit, quia homo est; aliter, quia etiam*

A testimoniis veterum.

etiam & Rex est. Qua homo est; ei servit vivendo fi[illegible] etiam Rex est, servit leges justa præcipientes, & contraria [illegible] convenienti rigore sanciendo: sicut servivit Ezechias, luc[illegible] dolorum, & illa excelsa, quæ contra Dei præceptum f[illegible] destruendo; sicut servivit Josias, talia & ipse facien[illegible]; si [illegible] Ninivitarum, universam civitatem ad placandum Domin[illegible] sicut servivit Darius, idolum frangendum in potestate[illegible] Dan[illegible] inimicos ejus leonibus ingerendo; sicut servivit Nabuc[illegible] in regno suo positos, â blasphemando Deo lege terribili revoc[illegible] ergò serviunt Domino Reges, in quantum sunt Reges, quum [illegible] serviendum illi, quæ non possunt facere, nisi Reg[illegible]s, &c.

Idem l.b. 3. contra Cresconi. Gram. cap 51. *In hoc Reges, [illegible] eis divinitus præcipitur, Deo serviunt, in quantum Reges sunt, [illegible] gno bona jubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent a[illegible] nam societatem, verùm etiam quæ ad divinam religionem.*

Leo epist. 12. *Quantum rebus humanis consulere div[illegible] tia dignetur, solicitudo clementiæ vestræ, Spiritu Dei inst[illegible] quæ in Catholica Ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse d[illegible] niam fides, quæ non nisi una est, in nullo potest esse sui dissimilis.* Ad[illegible] tur his ea, quæ *Gregorius Tholozanus* habet l.13. de Rep[illegible] c.1 num.2[illegible].

In contrarium quæ objiciunt Pontificii; ea omnia d[illegible] accuratè *à Dn. D. Gerhardo*, Tomo 6. p. 829. seqq. & *Pareo*, in Epist. ad Rom. cap. 15. dub. 5. col. 1424. seqq. ideoque actum hic non agemus, sed aliorum potius operâ cum gratitudine utemur.

Et explicamq porrò, in quibus illa cura cōsistat, Nempè Princeps Christianq debet 1. Ante omnia verā religionē cognoscere.

IV. Cura & potestas Magistratus circa res Ecclesiasticas, hisce potissimum limitibus circumscripta est.

1. Quia Princeps Christianus cultum divinum, ac veram religionem studiosè propagare debet, ante omnia *requiritur veræ fidei ex sacris literis cognitio*, id quod manifestum Dei mandatum postulat, *Deut.* 17. *v.* 18. piorum Regum exempla confirmant; *Psalm.* 119. 2 *Reg.* 23. 2. *Paral.* 24. & ipsa necessitas flagitat, quum puritatem fidei defendere Magistratus nequeat, nisi eam probè cognoverit. Scripturas igitur diligenter legat, veram doctrinam inde hauriat, pretiosum à vili discernat, & veriori sententiæ in controversiis assensum præbeat Nam quum judicium discretivum privatis omnibus competat, 1. *Cor.* 2. *v.* 10. *c.* 10. *v.* 15. *c.* 11. *v.* 13. 1. *Thessal.* 5. *v* 21. 1. *Joh.* 4. *v.* 1. multò magis in Magistratui, tanquam Religionis defensori, convenire sequitur.

2 Prin-

2. *Princeps Christianus ministros idoneos constituat, ut subditi in vera religione informentur rectius.* Nec enim à jure vocandi pastores excludendus est; sed hoc ipsi competit *tum* ratione personæ, quia est membrum Ecclesiæ, & quidem præcipuum; *tum* ratione officii, quia Ecclesiæ nutritius, & utriusque tabulæ Decalogi custos divinitus est constitutus. Hinc Salomon Sacerdotes selegit & Levitas, 2. *Par. 8. v. 15* Sadocum Pontificem instituit loco Abjathari, officio moto 1 *Reg. 2. v. 35.* Josaphat misit de Principibus suis Benhail, ut docerent in civitatibus Judæ, & cum eis Levitas & Sacerdotes, & Principes familiarum ex Israël, ut Judicium & causam Domini judicarent, 2. *Paral. 17. v. 8.* addidit unà præceptum de officio fideliter faciendo, *cap. 19. v. 8.* & Amariam constituit Pontificem in his, quæ ad Deum pertinent, *v. 11.* Ezechias convocatis Levitis & Sacerdotibus, officia illis sua de novo imposuit, *2. Paral. 29. v. 5. seqq.* & dixit filiis Aaron, ut offerrent super altare Domini, *v. 21.* eamq; divinam vocationem appellavit, *v. 11.* ipsique obedientes, juxta mandatum Regis & imperium Domini fecerunt, *v. 15.* Josias constituit Sacerdotes in officiis suis, hortatusque est eos, ut ministrarent in domo Domini, *2. Paral. 35. v.* 2. idemq; præcepit Levitis, *v. 35.* Sic Rex Assyrius, ut populus peregrinus, quem in civitatibus Samariæ habitare fecerat, legitima Dei addisceret, præcepit: *Ducite illuc unum de Sacerdotibus, quos inde captivos abduxistis, ut vadat & habitet cum eis, & doceat eos legitima Dei terræ,* 2. Reg. 17. v. 27. quamvis Sacerdos ille officio suo malè perfungeretur.

2. *Ministros idoneos constituere.*

Cavebit tamen Pius Magistratus, ne vel ineptos eligat, vel ministrorum vocationem sibi soli vendicet, quum jus vocandi ad totam Ecclesiam, omnesq; tres status ejus pertineat.

Notetur hîc insuper, quod olim Romani etiam Pontifices ordinari non poterant, nisi adprobante Imperatore, quod negat quidem *Stapletonus*, sed expresse concedit *Onuphrius Panvinius*, qui in annotationibus super Platinam de vitis Pontificum, in Vita Pelagii II. luculentum perhibet testimonium de potestate Imperatorum, in Ecclesiam & summum Pontificem. Verba Platinæ sunt: *Hæc autem una fuit causa, quare Pelagius injussu Principis tùm Pontifex creatus sit, quum extra obsessam ab hoste urbem mitti quispiam non posset, NIL enim tum à CLERO in eligendo Pontifice actum erat, nisi ejus electionem Imperator adprobâsset. Missus itaq; Constantinopolim ad placandum Imperatorem, Gregorius Diaconus, vir optimus atq; doctissimus, qui ubi ex sententia Pon-*

Quâ occasione ostenditur, olim quoq; Pontifices ab Imperatoribus confirmatos esse.

tificis omnia peregisset, nequaquam otio & ingenio [illegible] ralium in Job composuit. Super hæc verba O[illegible] tur: *In eo, quod Platina scribit*, Pelagium Ponti[illegible] pis creatum, nihilq; tum à Clero in eligendo Pon[illegible] si ejus electionem Imperator approbâsset, *non ita a[illegible] attigisse visus est, quæ sic se habet. Gothis Italia om[illegible] um pulsis, eaq; cum urbe Roma Orientalis Imper[illegible] ano Imperatore, ex autoritate Papæ Vigilii, novus quidam [illegible] tificiis mos inolevit; is fuit, ut mortuo Papa nova qu[illegible] Majorum statim à Clero, S.P.Q.R. fieret: Verùm ele[illegible] tifex non antè consecrari, atq; ab Episcopis ordinari p[illegible] ctio ab Imperatore Constantinopolitano confirmata esset, [illegible] patentibus licentiam electo Pontifici concederet, ut ord[illegible] posset, atq; ita jurisdictionem Pontificatus tum obtineret [illegible] tia consequenda electo necesse erat, certam pecuniæ qua[illegible] tori transmittere. Quâ veniâ obtentâ, ipse papa co[illegible] manum administrabat Pontificatum. Antea enim id[illegible] & Consecrationis Pontificis renunciati erant. H[illegible] Imperatorem, vel ex ejus autoritate Vigilium Papam in[illegible] est, ut Imperator certus esset de conditionibus novi Pontificu[illegible] xima autoritas esse cœperat, Imperatoribus præsertim [illegible] aliquo Pontifice factioso, Imperatoris hoste ordinato [illegible] Urbs & I[illegible] eo autore ab orientali Imperio deficeret, seq; finitimis Barbaris [illegible] Silverium Papam aliquando quæsiisse, sibi persuadebat. Quæ [illegible] bat, ut in novis Conciliis eum potissimum Pontificem Roma[illegible] quem Imperatori, à quo confirmandus esset, amicum [illegible] & de quo ille confideret, nihil in Italia contra Imperium moliturum, Bar[illegible] præsertim Longobardis, eam paulò post vexantibus. Perduravit h[illegible] tudo usq; ad Benedictum II, cujus sanctitate Constantinus Imp[illegible] clii pronepos, edicto suo jussit, ut deinceps quem Clero S.P.Q.R. P[illegible] cem summum delegissent, is nulla amplius Imperatoris confirmatione [illegible] pectatâ, more vetustissimo statim ab Episcopis ordinaretur. Rursus Adri[illegible] nus I. hoc jus & paulò amplius Carolo Magno, Francorum Regi, & ei[illegible] cessoribus Regibus Francorum primùm, deinde Imperatoribus R[illegible] concessit, quod successoribus ejus ab Adriano III. ereptum, O[illegible] manorum Regi, & Romano Imperatori restituit Leo VIII. Id p[illegible] Gregorius VII. Heinrico IV. ademtum Cardinalibus & Clero S.P.Q.R.*

pr[illegible]

Magistratu.

primum, deinde alii Pontifices, qui secuti sunt, Cardinalibus tantum permisere, quod ad nostra usque secula perdurat. Ex *Epistola S. Gregorii* IV. lib. 1. *Anastasio Bibliothecario* in Vit. Petr. II. Vitellian. Agathonis & Benedicti. II. Romanorum Pontif. *Item, post Carolum Magnum Gregor. IV. Serg. II. Leonis IV. Benedict. II. Romanorum Pontif. Et Abbate Urspergense*, ex *Ademaro Monach.* S. German. in eorund. Pontific. enarrationibus *Registr. Gregor.* Papa VII. *Sigeberto* in Chronico, *Guliel. Tyr.* libr. 1. cap. 13. de bello Sacr. *Gratian.* in decret. distinct. 63. *Concil. Lateran.* sub Alexandro III. Papa celebrati *actis, & aliis vetustis S.R.E monumentis.*

Hactenus Panvinius, qui liberaliter concedit, quod hódierni Jesuwitæ temerè negant.

3. *Princeps Christianus ordinem inter ministros instituat.* Ita enim concordia in ministerio melius conservari, & ædificatio Ecclesiæ rectius promoveri poterit. Sic Moses Sacerdoti Summo inferiores quosdam unà cum Levitis addidit *Exod.* 28. Rex David in 24. familias, Sacerdotum chorum distribuit, ut singulis sabbatis, nova Sacerdotum familia sacrorum ministerio adhiberetur, *2. Reg.* 11. *v.* 7. 1. *Paral.* 24. *v.* 4. Et Ezechias constituit distributiones Sacerdotum & Levitarum in divisionibus suis, *2. Paral.* 31. *v.* 2.

3. Ordinē inter ministros instituat.

4. *Princeps Christianus ministris verbi de Stipendiis honestis prospiciat.* Nec enim possunt illi artes manuarias exercere, iisque victum parare, unde requiritur, ut Magistratus de honesta ipsis sustentatione prospiciat, exemplo *Josephi*, Sacerdotibus in Ægypto dantis demensum ex granariis publicis, *Gen.* 47. *v.* 22. *Mosis*, Leviticæ tribui deputantis decimas fructuum, pecuniam ex sacrificiis, *Exod.* 34 *v.* 26. *Levit.* 27. *v.* 3 *Num.* 18. *v.* 8. *Ezechiæ*, præcipientis populo, ut darent partes Sacerdotibus & Levitis, quò possint vacare legi Domini, 2. *Par.* 31. *vers.* 3. 4.

4. Ministris verbi prospiciat de honestis stipendiis.

5. *Princeps ab officio removeat ministros flagitiosos*, qui vel enormia delicta committunt, vel hæreticis opinionibus imbuti sunt, & easdem pertinaciter propugnant. Ita Salomon Abjatharem summum Sacerdotem, ab officio removit, & Sadocum in illius locum substituit, *1. Reg.* 2. *vers.* 27. Asa, Josaphat, Ezechias, & Josias Baaliticos Sacerdotes removerunt, quod ipsum tamen non nisi cum Ecclesiæ consensu, & gravibus de causis faciendum est.

5. Ab officio removeat ministros flagitiosos.

6. Scholas erigere & cõservare. 6. *Princeps Christianus simul scholas er[illegible] & [illegible]* [illegible] læ sunt fundamentum Reipublicæ, & seminar[illegible] a Eccle[illegible] ri possunt Doctores idonei, nisi prius in Scholis rect[illegible] atque sic ad ministerium præparentur. Hortus peren[illegible] obtinet, nisi in plantariis tenellæ educentur arbores, quæ [illegible] emortuarum succedant aliquando: Sic Ministerium d[illegible] nequit integrum, nisi in scholis, tanquam sacris plantar[illegible] tur alii, qui ministris emeritis succedant. Magist[illegible]atus [illegible] rum curam habeat diligentem, prospiciat docentibus de [illegible] lariis, procuret quietem discentibus, utrisque patrocinetur, [illegible] munitatem præstet à publicis oneribus. Hinc laudatur *Leo[illegible] Cæsaris* dictum, qui quum Eulogium ad aperiendam in urbe scholam [illegible] dio liberaliore invitásset, & propterea reprehenderetur à mil[illegible] prudentissimè respondit: *Utinam meis temporibus, ea quæ mi[illegible] dantur, doctoribus numerari deberent!*

7. In hæreticos & errantes inquirere. 7. *In errantes, præsertim hæreticos inquirat; & eosdem coerceat* Quia enim non omnes apertè, sed quidam occultè virus suum a[illegible] hominum instillant; hinc inquisitione opus est, quò in lu[illegible] protrahantur vulpeculæ, exemplo *Constantini*, qui idololatras Ethnicos Christianis aulicis intermixtos, singulari quâdam prudentiâ in l[illegible] produxit, de quo vide *Eusebium* lib. 1 de Vita Constantini, c. 11. Protracti autem errantes, si sint seducti, rectius instruantur, [illegible] pertinaces sint seductores, omnemque informationem respuant [illegible] lendi sunt, ne alios inficiant, non tamen interficiendi, ut Papicolæ falsò autumant.

8. Visitationes scholarum & Ecclesiarũ instituere. 8. *Visitationes Scholarum & Ecclesiarum instituat.* Sunt eæ perquàm necessariæ, & singulariter fructuosæ, quia inquisitio ibi fit in doctrinâ & vitâ pastorum & auditorum, docentium, & discentium, qui si officium faciant, confirmandi; si exorbitent, corripiendi, & in ve[illegible]am semitam reducendi sunt. Exemplo præivit Samuel, qui circume[illegible] do Bethel & Galgala & Masphat, visitationes annuas instituit, *1. Sam 17. v. 16.* & Josaphatus, qui tertio anno regni sui misit Principes suos, & cum eis Levitas & Sacerdotes, qui circumiverunt cunctas civitates Judæ, ac populum erudierunt, *2. Paral. 17. vers. 7. seqq.*

9. Synodos quandoq; convocare. 9. *Synodos quandoq; convocet.* In iis deliberatio potest institui de corrigendis iis, quæ in visitationibus deprehensa fuère vitiosa. Et quod

quòd illas convocare pertineat ad Magistratū. probatur, quia potestatē ille habet in congregandos, & solus salvum conductum dare potest: hinc Synodos instituit Rex David, 1. *Par.* 13. *v.* 1. *c.* 23. *v.* 1. Salomon, 1. *Reg.* 8. *v.* 1. Jehu, 2. *Reg.* 10. *v.* 19. Ezechias, 2. *Par.* 29. *v.* 4. Josias, 2. *Reg.* 23. *v.* 1. In Novo Testamento Imperatores similiter indixerunt Concilia, sicuti Nicænum contra Arium instituit *Constantinus Magnus*; Constantinopolitanum adversus Macedonium, *Theodosius major*; Ephesinum contra Nestorium, *Theodosius junior*; Chalcedonense contra Eutychen, *Marcianus*.

10. *Leges Ecclesiasticas, quoad disciplinam, ritus, & similia promulget, adeoq; Agenda, ut vocant, Ecclesiastica præscribat.* De vero quidem internoq; cultu Dei nihil præscribere potest Magistratus, quum ille ex verbo scripto tantùm peti debeat, ea tamen, quæ ad externam ἐυσχημοσύνην καὶ τάξιν pertinent, præcipere & ordinare ut potest, ita debet, exemplo *Mosis*, leges ceremoniales plurimas promulgantis: *Josua*, Israelitas circumcidendos curantis, *c.* 5. legem promulgantis, *c.* 8. & fœdus cum Deo renovantis, *c.* 24. *Davidis*, legem ferentis de reducenda arca, 1. *Par.* 13. *v.* 5. de distributione officiorum inter Levitas, 1. *Par.* 23. *v.* 6. *Salomonis*, templum dedicantis, 1. *Reg.* 8. *Josaphati*, Sacerdotibus certa præscribentis mandata, 2. *Par.* 19 *v.* 8. *Regis Ninivitarum*, jejunium publicum indicentis, *Jonæ* 3. *v.* 7. & *Imperatorum Romanorum*, qui subinde utiles proposuerunt leges, ad Christianam religionem, & Ecclesiæ ædificationem spectantes, quæ exrant in Codice, sub titulis, *de summa Trinitate, & Fide Catholica*, de *Ecclesiis*, de *Episcopis*, de *Clericis*, de *Episcopali audientia*, de *Manichæis*, &c. Simulq; in constitutionibus *Leonis*, & in Novellis *Justiniani*. Caveat autem pius Magistratus, ne leges Ecclesiasticas proprio ferat arbitrio, inconsulto planè ministerio; ne receptas ceremonias temerè mutet cum infirmorum scandalo; & ne tandem ministris leges præscribat, cum officii ipsis divinitus demandati partibus pugnantes, quia hisce omnibus Ecclesiæ salus & ædificatio impeditur magis, quàm promovetur.

10. Leges Ecclesiasticas promulgare.

11. *Idololatricos cultus aboleat, atq; à perniciosis erroribus Ecclesiam repurget.* Quum enim Magistratus primæ tabulæ custos esse debeat, utiq; non permittendi erunt cultus idololatrici cum illâ pugnantes, unde laudantur *tum* Reges illi, qui Baaliticam idololatriam abrogârunt, ut Asa, 1. *Reg.* 15. *v.* 12. Josaphatus, 2. *Par.* 17. *v.* 6. Ezechias, 2. *Reg.* 18. *v.* 4. Josias, 2. *Reg.* 23. *v.* 2. *tum* Imperatores Christiani, qui Ethnicā idolomaniam.

11. Idololatricos cultus abolere.

lomaniam ex Romano imperio prorsus exterminantur ... tur autem Salomon, idololatrica sacra permittens, 1. Reg ... robeam, illa introducens, 1. Reg 12. v. 27.

12. Bona Ecclesiæ legitimè dispenset.

12. *Bona Ecclesiastica legitimè dispenset.* Ut ... non interna bona, quæ per prædicationem E... sed externa, quæ ad ministrorum ac pauperum sustentationem ... quiruntur. Hæc rectè dispenset Magistratus, ... bonorum temporalium, & Ecclesiæ nutritius, ex... Reg 15. v. 15. Ezechiæ, 2. Par. 31. v. 11. Josiæ, 2. Reg 12 v. ... Apostolorum quidem tempore ad dispensanda bona Ecclesiæ ... fuit requisita Magistratus authoritas, *Act.* 6. v. 3. quoniam ... na religione alienus erat, sed quum progressu temporis ... res fidem Christi susciperent, cura & dispensatio bonorum ... quoq; devoluta, & *can.* 26. Concilii Chalcedonensis ... ut Episcopi in idoneos dispensatores istarum rerum ad... rejectâ, ipsimet ab eâ abstinerent.

Quæ olim in quatuor partes distributa sunt.

Bona verò illa Ecclesiastica, reditusq; annui, in quatuor partes olim divisi sunt, uti constat ex *causa* 12. *quæst.* 2. *c. concesso.* ubi hæc ... runtur *Gelasii* verba: *Concesso vobis, quem petistis, Ancistite Juliano, reditus & oblationes fidelium in quatuor partes dividat, quarum unam ... bi retineat*, alteram *Clericis, pro officiorum suorum sedulitate distribuat, fabricis* tertiam, quartam *pauperibus & peregrinis habeat fideli... erogandam*; quod exemplum Magistratus imitari adeoq; bona Ecclesiastica non sibi rapere, sed augere, & illa in quatuor potissimum ... convertere debet, nempè ad sustentationem eorum, qui Ecclesiis & Scholis actu ipso serviunt; *ad* subsidium eorum, qui E... cle...æ, & ... holis suam consecrârunt operam, hoc est, pauperum studiosorum; *ad* exulum, ægrotorum, egenorum alimentationem, & captivorum ... tioné, tandemq; *ad* ædium sacrarum reparationé & conservationem.

QUÆSTIO II.

Num potestas civilis subjecta etiam sit potestati spirituali, vel Ecclesiasticæ?

Nos distinguimus.

NOs paucis respondemus, quòd *sicuti* potestas Ecclesiastica subjecta est civili in rebus temporalibus; ita civilis potestas subjecta sit Ecclesiasticæ in rebus spiritualibus. Debet n. Magistratus audire pastores, & iis obedire in omnibus, quæ ex verbo Dei proferunt.

Verùm hoc ipso minimè contenti sunt Pontificii, nec ... onem internam; sed potius externam intelligunt, nimirum talem, ut ...

liceat presbyterio, cumprimis autem Papæ Romano, Imperatores, Reges, Principes deponere, suoq; regno exuere, si hoc ex usu videatur ... Romanæ Ecclesiæ. Hinc ipsum imperium à Romano Pontifice, tanquam Dei in terris vicario dependere autumant. August. de Ancona in summa de Eccl. potest. q. 1. *Papa habet omnem Regalem & Imperialem potestatem in toto mundo;* q. 46. *Papa Regibus tanquam suis vasallis, suæq; potestati subjectis imperat, ut etiam possit eos instituere & destituere.* Franc. Bozius de temporali Eccl. Monarch. l. 1. c. 1. *Temporalis potestas omni ex parte spirituali potestati est subjecta.* Ex quo concludit, *ut beneficia Ecclesiastica; ita omnia Regna esse Papæ manualia.* Item; *Beneficio Pontificis, Imperatorem & septem Electores imperii esse constitutos.* Panormitanus Francisc. Aretinus, & alii Canonistæ docent, *quòd Papa jus utriusq; gladii à Christo acceperit, atq; adeò ipsum quoq; imperium ab Ecclesia dependere.* Restaurus Castaldus in tract. de Imperat. q. 36. disputat, *quòd Imperator teneatur Papæ præstare juramentum fidelitatis & obedientiæ,* & extat formula juramenti, quod Otto I. Johanni Papæ præstitit; *Tibi Domino. dist. 63* Sedis Apostolicæ est *transferre imperiū*, inquit, Pontifex, c. Venerabilem de elect. & elect. potest. *Imperium ab Ecclesia, hoc est, Pontifice dependere,* disputat. *Lancell.* in templ. om. judic. l. 1 c. 1. §. 2. q. 2. *Hieron. Gigas,* de crim. læsæ majest. l. 2. rubr. qual. & à quibus crim. læsæ majest. committ.

Sed Pontifi- [illegible] latius progrediuntur.

Bell. autem *l. 5. de P. R. c. 6.* potestatem illam Ecclesiastico-politicam sic temperat, ut statuat, nō nisi *indirectè* convenire Pontifici temporalem potestatem. *Pontifex, ut Pontifex* (inquit) *etsi non habet ullam merè temporalem potestatem; tamen habet in ordine ad bonum spirituale summam potestatem disponendi de temporalib. reb. omnium Christianorum.* Sed hæc moderatio Sixto V. ejus tempestatis Pontifici, parum placuit, unde *Barclaj* in l. de potest Papæ c. 13. p. 101. scribit; *Parùm abfuisse, quin omnia illius* (Bellarmini) *opera censurâ Pontificiâ, magno cum Ecclesiæ detrimento abolerentur, id quod ex ordinis Jesuitici Patrib. se audivisse narrat.*

Nolo autem hoc loco prolixam ex Scripturis disputationem instituere contra potestatem Pontificis in temporalibus, quū id à scopo nostro alienum, & anteà satis abundè probatū sit olim à *Marsilio Patavino*, qui peculiaré librū scripsit An. 1324. pro defensione Ludovici Bavari Imperatoris cont. Papam, cujus titulus, *Defensor Pacis;* à *Petro de Vineis*, Cancellario Friderici II. Imperatoris, qui aliquot hâc de re scripsit epistolas; ab *Authore oneris Ecclesiæ* compilati Anno 1519. & posteà

Qui à multis refutantur.

& postea edito Landsh. An. 1524. à *Carolo Molinæo* in ora... gæ habita, & in l. contra parvas datas, & abusus curiæ ... so Bernæ, An. 1605 tum recenter a *Guilielmo Barclaio* ... in libro posthumo de potestate Papæ, Mussipon... edito. ... *Petro Molinæo*, in libro de temporali Monarchia Pon... excuso An. 1614. à *Sutlivio* l. 4. de R. P. à *Sibrando Lubberto* ... de Papa & aliis, ad quos Lectorē cupidum remissum volo ... ventilare hîc placet, quæ pro potestate illa ex rationis ... cipiis *Bellar.* protulit l. 5. de P. R. c. 7. Ita verò ille p... 1082. A. *Potestas civilis subjecta est potestati spirituali* ... *est ejusdem Republicæ Christianæ: Ergò potest Princeps spiritua... rare Principibus temporalibus, & disponere de temporalibus rebus ... ne ad bonum spirituale. Omnis n. superior imperare potest inf...* Hinc argumentum tale nascitur: *Omnis* superior imperare potest ... feriori. *Sed* potestas spiritualis, superior est potestate civ... *Er*go im-perare potest civili.

Hîc verò argumēta Bellarmini placet examinare. Primum. Quod potestas spiritualis sit superior civili.

Resp. 1. *Major* non est universaliter & illimitatè vera. Nec enim superior potest imperare inferiori in omnibus, sed in iis tan... rebus, ratione quarum est superior. Sic præceptor, tanquam superior, rectè quidem imperat discipulo in iis, quæ pertinent ad eam discipli-nam, quam docet; non tamen imperare potest discipulo in cœteris, puta in ducenda uxore, in fundo emendo, in adeunda hæreditate. &c. Sic Rex æger, subditus est Medicorum voluntati, qui Regi quidem imperant, ut iste patiens, illi Medici sunt; imperare tamen n... in rebus politicis, sed ipsi potius obtemperare debent. Sic Princeps di-scens ab equisone artē ducendi equum in gyrum, debet quidem obse-qui docenti in rebus ad artem istam spectantibus; Idem tamen impe-rat equisoni in cœteris.

Ad quod respondetur, Quòd non omnis superior in omnibus imperare possit inferiori.

2. *Minor* similiter non est absolutè & universaliter vera. Nam spiritualis potestas superior est potestate civili, non in omnibus, sed tantùm in rebus spiritualibus: Et eadem subjecta est pōtestati civili, quoad res mundanas & politicas. Agnovit hoc ipse *Driedo*, qui l. 2. de libert. Eccl. c. 2 *Christus*, inquit, *utriusq; potestatis officia d... ut una divinis & spiritualib. reb. atq; personis, altera profanis ac mundan... deret.* Et mox: *En planè vides Christū discrevisse utriusq; potestatis officia. Distinctio igitur Ecclesiasticæ potestatis Papalis, à potestate secu... ac Im-periali est de jure divino facta.* Et pòst, eōdē capite: *Unde & Papa ... Im-perator sunt in eadē Ecclesia, nō tanquam duo rectores summi ... divisi,* quorum

Quòd spiritualis potestas nō sit superior civili in omnibus.

...orũ neuter alterum cognoscit, aut veneratur tanquam superiorem, (Nam ... illum in spiritualibus, hunc ille in temporalibus recognoscere ac ...enerari tanquam superiorem debet, & secundum antiquam glossam ... can. *Hadrianus 36. dist.* quemadmodum ille huic in spiritualib.; ita ... illi in temporalib. pater est, ita declarante *Barclaio*, c. 13. p. 106. *quia regnum sic contra se divisum desolabitur. Neq; item sunt tanquam duo judi... subordinati, sic ut alter suam jurisdictionem accipiat ab altero. Sed sunt tanquam rectores duo, qui sunt unius Dei ministri, diversis officiis deputa... ut Imperator præsit secularibus causis & personis, ad pacificum convi... ctum hujus seculi; Papa verò præsit spiritualibus, ad lucrum Christianæ fidei & charitatis.*

3. Hinc apparet, totum argumentum certo respectu concedi posse: Nimirum potestatem civilem subjectam esse spirituali quoad res spirituali, non secus atq; spiritualis subjecta est civili, quoad res soli. Nequaquam verò inde sequitur, quòd potestas spiritualis punire possit civilem pœnis civilibus seu temporalibus, quod solum hîc in quæstionem venit. Pastor regit quidem & informat Magistratum, quatenus Magistratus est Christianus; nequit tamen illi in politicis præscribere, multò minus regnum adimere, quia ratione talium Magistratus non tenetur obedire Pastori, qui ut pastor est, docet quidem Magistratum; sed ut civis est, Magistratui subjectus esse debet. Si etiam Bellarmini argumentum quid obtineret, sequeretur, quemvis Pastorem esse Principe superiorem, & illum deponere posse, quum quivis minister habeat potestatem spiritualem prædicandi verbum, & usurpandi claves: Bellarminus verò illam superioritatem uni Papæ transcriptam vult, quod tamen hoc argumento minimè probatur. *Quod totum argumentum certo respectu concedi possit.*

4. Quòd Bellarminus ait, *potestatem spiritualem & civilem esse partes ejusdem Reipublicæ Christianæ*, illud neq; ad rem facit, neq; congruè dictum est. *Quòd potestatem spiritualẽ & civilem esse partes ejusdem Reip. Christianæ, neq; ad rem faciat,*

Nihil ad rem facit, quia sive sint partes ejusdem Reipublicæ; sive sint diversæ Respublicæ, non tamen sequitur, quòd civilis subjecta sit spirituali, siquidem ex diversitate partium non colligitur, utra imperet alteri, nec si una regit alteram in quibusdam, idcircò regit statim in omnibus. Rectè ait Barclaius, cap. 13. pag. 105. *Non sunt hæ potestates, Ecclesiastica & Politica, ita partes Reipublicæ Christianæ, ut altera in alteram planè dominetur; sed ita sunt partes, ut quæ quum essent separatæ, & inter se diffidentes, singulari tandem concordiâ se conjunxerint, ut utraque alteri*

alteri opem & operam suam præstaret, m[illegible] cem demererentur. Nec quòd potestas Ec[illegible] sit Politicâ, idcircò hanc illi subjectam esse (co[illegible] fit non rarò in societate civili) illam digniorem [illegible] ri & minus locupleti, ad utriusq; utilitatem [illegible] societate liberâ maneant, neutraq; ab altera ullo m[illegible]

neq; congruè dicatur. Congruè dictum non est, quia non ipsa [illegible] Reipublicæ partes; sed potiùs homines, certis mu[illegible] politia atq; Ecclesia distinctæ partes essent Republ[illegible] sia esset de politia, neq; Respublica politia esset de Ecc[illegible] surdum. Quare diceretur rectius; Unum idemq; reg[illegible] andem Rempublicam vocari *Ecclesiam*, quatenus constat [illegible] *regnum vel Rempublicam*, quatenus constat s[illegible]bditis ve[illegible] quam hoc immutatum est in Papatu, ubi Laici pecul[illegible] Rempublicam, quippe qui alium agnoscunt Magistra[illegible] ticum, habentq; suos judices, suos carceres seor[illegible] gum civilium subjectione, nec solutione t[illegible]butorum.

Ubi simul diluuntur tres aliæ Bellarmini rationes. Pergit autem *Bellarminus*, tribusq; rationibus probare [illegible] quòd potestas politica non solùm ut Christiana, sed etiam ut p[illegible] sit subjecta Ecclesiasticæ, ut talis est.

Primam rationem desumit *ex finibus utriusq;*, & ita collig[illegible] 1082. *Finis temporalis subordinatur fini spirituali, ut patet: qu[illegible] temporalis non est absolutè ultimus finis, & ideo refer[illegible] aternam: Constat autem ex Aristotele* lib. 1. Eth. cap. 1. *ita subo[illegible] cultates, ut subordinantur fines.* Hinc talis formari potest Syll[illegible] *Ut subordinantur* fines; ita subordinantur facultates, 1. Eth.1. [illegible] temporalis subordinatur spirituali; *Ergò* & facultas temporalis [illegible] dinatur spirituali.

Resp. Præterquam, quòd Aristotelis locus falsò citatur, to[illegible] possumus concedere argumentum. Sit ita, potestatem po[illegible] subordinari Ecclesiasticæ, quoniam hæc illa est sublimior, & Magistra[illegible] esse debet Ecclesiæ nutritius, *Es.49. v.23.* ut sub eo tranquillam & q[illegible] tam vitam agamus, in omni pietate, *1. Tim.2.v.2* non tamen [illegible] quitur, Pastores posse multare Principes suo Principatu vel [illegible] quo controversia est: aliàs quivis Pastor deponere posset Re[illegible] & quivis Christianus à ministerio posset spoliari opibus suis, quæ [illegible] sunt absurda. Sic Aristoteles *1. Poster. c.7.* scribit: *Opticam sub[illegible]*

Ge-

Geometriæ: Num autem Geometra propter hoc poterit Opticum expellere domo, vel multare exilio? Sic quia Pharmacopolarum ars subordinatur arti Medicorum, num idcircò Medicus jus habet in fortunas aut vitam Pharmacopolarum.

Notetur verò insuper (1.) *Quòd finis temporalis propriè non subordinetur fini spirituali.* Nec enim felicitas temporalis dependet ab æterna, nec semper tendit ad æternam, quod fieri tamen deberet, si huic subordinaretur. Finis politicæ, quatenus politica est, nihil aliud complectitur, quàm civile bonum & vitæ degendæ ordinatam tranquillitatem; quæ ipsa est finis ultimus politicæ, licèt non sit finis absolutè ultimus ipsius hominis. Neq; politica ipsa ad æternam felicitatem aspirat, nec eò tanquam in ultimum scopum conatus suos dirigit, ut patet ex innumeris populis & civitatibus, apud quos civilis potestas severè viguit, licet exiguam, vel planè nullam æternæ felicitatis sive rationem, sive curam habuerint.

(2.) *Quòd aliter subordinetur potestas potestati; & aliter facultas facultati.* Potestas subordinatur potestati, quando superior inferiorem includit, sicuti potestas judicum ordinarium aut delegatorum includitur, in potestate regni, eaq; huic subordinatur, quo sanè pacto civilis potestas non subordinatur Ecclesiasticæ, quippe quæ illam ut inferiorem non includit, neq; contrarium possunt probare Pontificii. *At facultas* subordinatur facultati, quando scientia aliqua sic mutuatur ab altera sua principia, ut quæ sunt conclusiones in superiori scientia, sint principia seu propositiones in inferiori. A subordinatione ergò finium ad subordinationem facultatum licet argumentari, non verò ad subordinationem ipsarum potestatum. Unus finis ad alium potest quoq; referri, exinde tamen non sequitur aliqua subjectio, aut potestatum propriè dicta subordinatio.

(3.) *Quòd alia sit subordinatio essentialis, alia vero accidentalis.* Potestas civilis subordinatur Ecclesiasticæ non essentialiter, ac si sub ea contineretur, vel illi subjecta esset, sed tantùm *accidentaliter*, quatenus adjuvat Ecclesiasticam, ut suo fine potiri possit eò meliùs, non secus atq; Ecclesiastica civilem quoq; adjuvat, siquidē Dei cultus & pietas plurimum confert ad finem temporalem, id est, ad concordiam civium, & publicā tranquillitatem, quippe quæ est pietatis surculus & actiones civiliter honestæ ex vero Dei cultu efflorescunt. Sic ergò politia Christiana juvat Ecclesiam, & Ecclesia politiam Christianam: Magistratus ministe-

nisterio, & ministerium Magistratui pro[illegible]. [illegible] stincta, in praxi tamen conveniunt, m[illegible] de sicuti potestas civilis subordinari dic[illegible] usus, & adjumenti; sic contra Ecclesiastic[illegible] ob simile adjumentum, ex quo adjutorio mutuo & [illegible] ret, quòd inter istas potestates nulla detur vera & propri[illegible] dinatio.

Secunda Bellarmini ratio hæc est: *Reges &* [illegible] *Laici, non faciunt duas Respublicas, sed unam, id est,* [illegible] *mus enim omnes unum corpus* Rom. 12. & 1. Corinth 12. [illegible] *membra sunt connexa, & dependentia unum ab alio; non* [illegible] *ritur, spiritualia pendere à temporalibus, ergo temporalia* [illegible] *pendent, illisq; subjiciuntur.*

Resp. Concedimus connexionem membrorum, & [illegible] tiam unius ab alio: nimirum dependet Magistratus vel pot[illegible] à ministerio in spiritualibus; & ministerium, vel potest[illegible] dependet à Magistratu in temporalibus. Quòd autem Ma[illegible] ecclesiastica potestate non tantùm in spiritualibus, sed etiam in [illegible] ralibus dependeat, ita quidem, ut ademtione regni, [illegible] vitæ à ministerio multari possit, id falso asseritur, nec ex illa membrorum in Ecclesia connexione sequitur. Sic à cor[illegible] omni[illegible] pendent, quoad vitam & motum, non tamen quoad [illegible] & [illegible] membra reciprocè dependent à se invicem rationedi[illegible] num: Ita quoq; contingit in mystico Ecclesiæ corpore. [illegible] & hoc annectimus, quòd non omnia membra dependeant [illegible] quod urgens Barclaius, cap. 14. p. 110. ita differit: *Ut brachia a[illegible] & humeri ad collum & caput annectuntur; nec dextrum b[illegible] humerus, sinistro, vel contrà, subjicitur; ita potestas spiritua[illegible] lis, sive Ecclesiastica & Politica, licèt membra sint unius corporis [illegible] partes unius Reipublicæ, atq; Ecclesiæ Christianæ; neutra t[illegible] citur, neutraq; alterius fines & jurisdictionem sine scelere potest [illegible] ambæ, velut unius corporis humeri ad caput, qui Christus est,* [illegible]

Quarum hæc, *Politica scilicet, vitæ degen[illegible] præcepta, qui[illegible] tatis humanæ tranquillitas continetur, civilibus & subditis præf[illegible]* verò *ad immortalitatem & felicitatis æternæ contemplation[illegible] ralem, (quæ & cum politica tranquillitate, & sine e[illegible] nimos hominum erigit informatq;. Ex quibus sequitur, si para[illegible]* [illegible]

Magistratu.

tistates in eadem Republica Christiana, ita ut neutra alteri, quatenus talis est, subjiciatur.

Tertiam rationem ita proponit, col. 1082. C. *Si temporalis administratio impedit spirituale bonum, omnium judicio tenetur Princeps temporalis mutare illum modum administrandi, etiam cum detrimento temporalis boni. Ergò signum est, subjectam esse temporalem potestatem spirituali.*

Resp. Princeps Christianus omninò tenetur mutare modum administrandi regnum, si ejus administratio impediat spirituale bonum, sicuti quivis Paterfamiliâs Christianus tenetur etiam mutare modum administrandi familiam, si ejus administratio lædat spirituale bonum. Tenetur autem causâ *Dei*, qui istud præcepit: *fidei & charitatis*, quæ idem postulant; & *ministerii*, quod mutationem suadet urgetq;, & cui Christianus quivis quoad spiritualia subjectus est, atque obedire debet. Hinc autem minimè sequitur, Magistratum in temporalibus etiam subjectum esse potestati Ecclesiasticæ, ita quidem, ut deponi possit & regno spoliari; sicuti non sequitur, patremfamiliâs ob simile debitum, subjectum esse ministerio in rebus Oecumenicis, & domo expelli, cunctisq; facultatibus privari posse, si ad Pastorum admonitionem non mutet vitiosum modum administrandi familiam.

Hoc munus est doctorum, ex verbo Dei monstrare agenda, urgere homines quotidianis admonitionibus, corripere contumaces; & tandem, si obedire nolint, excommunicare, vel communione sacrorum privare: Regna verò, & opes, & vitam adimere, non est in ipsorum potestate, nunquam ipsis hoc est permissum, vel injunctum, neq; fuit in Ecclesia primitiva unquam usitatum. Delinquentes contra bonum spirituale à ministerio coërcendi sunt pœnis, sed *spiritualibus*, quales sunt correptio, suspensio, excommunicatio; non autem temporalibus, quales sunt, bonorum amissio, regniq; privatio. Relinquendi tales sunt divino judicio & ultioni, si pœnis spiritualibus tacti haut resipiscant: non autem contra jus & fas prosiliendum est ad pœnas temporales. Hinc *Isidorus*, cujus sententia inter Canones refertur, can. 23. q. 5. Can. Principes: *Sive augeatur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, sive solvatur, ille ab iis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam tradidit.*

Porrò & hoc ex rationis principiis argumentum deducit Bellarminus, col. 1083. A. B. *Respublica Ecclesiastica debet esse perfecta, & sibi sufficiens in ordine ad suum finem. Tales enim sunt omnes Respublicæ benè instituta;*

Secundū. Quod Ecclesia non

sit perfecta, nisi possit imperare Principibus.

tutæ; Ergò *debet habere omnem potestatem n*[illegible] *sequendum.* Sed *necessaria est ad finem spiritualem* [illegible] *nendi de temporalibus rebus, quia al oqui* [illegible] *vere hæreticos, & evertere religionem.* Igitur *&* [illegible] Item; *Potest quælibet Respublica, quia perfecta, &* [illegible], *imperare alteri Reipublicæ non sibi subjectæ, & eam co*[illegible], *administrationem; imò etiam deponere ejus Principem, &* [illegible], *quando non potest aliter se defendere ab ejus injuriis.* [illegible] *terit spiritualis Respublica imperare temporali Reipublicæ* [illegible] *re ad mutandam administrationem, & deponere Principem, al*[illegible] *re, quando aliter non potest bonum suum spirituale tueri.*

Respondetur per geminam instantiam.

Resp. 1. Si ad perfectionem Ecclesiæ pertinet potestas abd[illegible] Reges, sequitur, Ecclesiam veterem fuisse prorsus imperfect[illegible] li defuit talis potestas. Hinc *Bellarminus* ipse scribit c. 15. [illegible] *non esse improbabile, in Testamento Veteri Regem absolute n*[illegible] *Pontifice, ac proinde Pontificem non habuisse potestatem* [illegible] Sequitur præterea & hoc, primitivam Novi Testamenti Ecc[illegible]n fuisse perfectam. *Nam hac potestate*, uti rectè scribit Barclai[illegible] 4. pag. 138. *disponendi de rebus temporalibus Christianorum,* [illegible] *Domini*, *trecentis, & amplius, post Christi passionem annis, sub Ethni*[illegible] *gens, omninò caruit,* quo tempore tamen infinitam h[illegible] multitudinem, ac penè maximam Orbis partem, Christo [illegible] & multò quàm unquam severiorem in Ecclesia disciplinam [illegible]s constat; ut nefas sit dicere, Ecclesiam tunc omnibus mediis ne[illegible]s juris & facti ad finem suum adipiscendum instructam non fu[illegible]. Opera enim Dei perfecta sunt. Et verò non mediocrem Christo in[illegible] faciat, qui destitutam mediis necessariis Ecclesiam ab [illegible]o relictam, a[illegible] Apostolis traditam arbitretur.

Quicquid Ecclesiæ necessariū fuit ad suum finem consequendu[illegible], id à Christo abundè collatum est Apostolis quum dixit: *Ego dabo v*[illegible]*os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere* [illegible]*rii vestri,* Luc. 21. v. 15. Quicunq; igitur Dominum commend[illegible]e Ecclesiam suam Petro intelligit, & ei ter mandâsse, ut agnos & oves [illegible] pascat, *Joh. 21. v 16. 17.* nec ei ad illos pascendos, & finem mandati [illegible]dum necessaria omnia & juris & facti tribuisse existimat, is m[illegible] similis videtur, & de divina providentia, potentia ac boni[illegible]te. Fingamus eum non dedisse omnem potestatem ad exe[illegible].

[illegible]

[...]nti mandati necessariam; nunquid alia non dandi causa excogitari potest, quàm quòd aut ignorabat Dominus, quid facto opus esset, aut ejus dandi facultatem non habebat, aut, quòd extremæ malitiæ est, s[...]r, vos & amicos suos decipere volebat, id illis munus imperando, quod eos per impotentiam exequi non posse certò sciret? Ex his perspicuum est, temporale imperium & potestatem deponendi Principes, nullo modo necessariam esse Ecclesiæ ad finem suum consequendum; licèt humanâ consideratione videri aliquando utile possit; Deus etiam, qui quæ stulta sunt mundi, elegit, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit, ut confundat fortia, *1. Cor. 1. v. 26.* sciens Ecclesiam non nisi spiritualibus armis indigere, eam illis ab initio instruxit, ut omnem humanam potentiam superaret, diciq; verè potuerit; *A Domino factum est illud, & est mirabile in oculis nostris,* Psal. 108. v. 23. Vide plura apud *Barclaium,* loco dicto.

2. In Præsules & Papas retorquere possent hoc argumentum Reges, dicendo, suam potestatem fore imperfectam, si deessent vires disponendi de spiritualibus, & coërcendi improbam malorum Pastorum libidinem. Nec enim pacem & tranquillitatem in Republica conservare queunt, si Pastoribus liceat impunè sceleratis esse & seditiosis, cujusmodi homines sedes Romana quàm plures habuit, unde *Baronius* ipse scribit; *plurima monstra sedem Romanam insedisse,* ad an. 912. art. 8. *Per retorsionem.*

3. Si ad perfectionem Ecclesiæ requiritur, ut Pastores possint disponere de Regno & fortunis Principum, dici poterit, ad eandem perfectionē requiri, ut iidē Pastores possint debellare penitus Diabolum, & in Tartara demergere, & peccata omnia funditus abolere, in quibus certè plus est necessitatis, ad finem spiritualem perfectè consequendum, quàm in regnis dandis & eripiendis. *Ab absurdo.*

4. De perfectione Ecclesiæ non est judicandum ex speculationibus humanæ rationis; sed ex ordinatione & dispositione Domini, qui Ecclesiæ & ministerio suam procul dubio attribuit perfectionem, nec tamen ullibi concessit potestatē abdicandi Reges. Unde colligimus, de[...]dū i[...]ius potestatis nihil adimere perfectioni Ecclesiasticæ, quæ con[...] [...]tnō robore & jurisdictione in temporalibus; sed puritate doctrinæ, & [...]tegritate morum atq; disciplinæ, non secus ac perfectio Philosophiæ constat ce[...]titu[...]ine & perspicuitate demonstrationum, non verò p[...]æ[...]s aut armis, quibus dissentientes mulctentur & hoh[...]beantur. Deus [...]nquam passus est, Ecclesiam interire, & religionē everti totam, neq; illud *Et indicatur, in qua consistat Ecclesiæ perfectio.*

illud patietur unquam. Abundè cavit is Ecclesiæ si [illegible] Christo defensore, Spiritu Sancto ductore [illegible] appo[illegible] [illegible] dibus. Talem verò potestatem, quâ & persecut[illegible] [illegible] hæreses mox extirpari possint, Ecclesiæ non dedit, q[illegible] a om[illegible] re volentes, persecutionem pati debent, *2. Timoth.* [illegible] in Ecclesia oportet hæreses esse, *1. Cor. 11. v. 19.*

5. Quando Respublica una afficitur injuriâ ab alia [illegible] bellum contra illam instituere potest, ut ita compe[illegible] justus, quod exemplis Scripturæ ostendi potest luculent[illegible] non sequitur, quòd presbyterium etiam debeat arma cape[illegible] Principes spiritualiter delinquentes. Potest enim & d[illegible] aliter coërcere, atq; bonum spirituale aliter tueri, nimirum correp[illegible] excommunicatione, & similibus, quæ omnia si nihil cure[illegible] dicio relinquendi sunt. Adde, quòd retorquere h[illegible] Principes, & sibi etiam tribuere potestatem abdica[illegible] & Pontificum, quando aliter se defendere nequ[illegible] injuriis.

6. Tandem Bellarminus sui non benè memor est. Sup[illegible] *Potestatem civilem & Ecclesiasticam non esse duas Respublicas,* [illegible] *nius Reipublicæ partes.* Hîc autem duas illas potestates trans[illegible] duas distinctas Respublicas, quas ita separat ac disjungit, ut Re[illegible] ac Laici constituant Politicam; Pontifices & Clerici spirituale[illegible] Rempublicam, quo nihil est absurdius.

QUÆSTIO III.

An Magistratus subditos suos ad fidem cogere possit & debeat?

Affirmant Pontificii, Nos dicimus, [illegible] *quòd Magistratus* [illegible] *cogere* [illegible] *eat.*

Affirmativam licèt expressis verbis non doceant Papicolæ, quotidianâ tamen praxi suâ confirmant, velut inquisitio Hispanica [illegible] superq; testatur. Nobis autem negativa placet, ideoq; duas theses formamus.

Prior: Magistratus non potest subditos suos ad fidem cogere.

Ratio est manifesta, quia fides consistit in notitia & a[illegible] [illegible]tis. Nemo autem flectere vel cogere potest mentes humanas, u[illegible] dant id, quod credere nolunt; ut pro vero habeant, quod [illegible]

...e cognoſcunt. Liber & ſpiritualis eſt hominis intellectus; Nulla vis externa eum tangit, ideoq; ſi corpora maximè affligantur, & trahantur, quò volunt Principes, intellectum tamen & voluntatem non poſſunt mutare vel cogere. Hypocritas quidem efficere queunt, ut multi, pœnarum metu territi, peregrinam religionem ſimulent, & ſacra ejus frequentent: Ipſi tamen menti nequeunt imperare, ut pro non veris, non falſis habeat, quæ vera vel falſa eſſe novit vel autumat. Hinc rectè *Lactantius*, lib. 5. Inſt. div. cap. 19. *Quis imponat mihi neceſſitatem vel credendi, quod nolim, vel quod velim, non credendi? Nihil tàm voluntarium, quàm religio, in quâ ſi animus averſus, jam ſublata, jam nulla eſt.* Lutherus, Tomo 2. Jen. fol. 180. *Liberum quiddam eſt credere, imò quiddam divinum in Spiritu. Externâ igitur vi cogi nec poteſt nec debet.* Calanus, antiquiſſimus Philoſophus, ad Alexandrum Magnum ſcripſit, referente *Philone* in libro, quòd omnis probus liber, pag. 557. *Amici tibi ſuadent, ut cogas Indorum Philoſophos, ne per ſomnum quidem conſpicati res noſtras, & noſtra negotia. Corpora de loco in locum transferes, animis invitis nullam vim inferes, nihilo magis, quàm ſi lateres & ligna cogas vocem emittere. Nullus Rex, nullus Princeps poteſt efficere, ut quicquam agamus præter animi ſententiam.* Seneca lib. 3. de beneficiis, cap. 20. *Errat, ſi quis exiſtimat, ſervitutem in totum hominem deſcendere. Pars melior ejus excepta eſt. Corpora obnoxia ſunt & adſcripta dominis: mens quidem ſui juris, quæ adeò libera & vaga eſt, ut ne ab hoc quidem carcere, cui incluſa eſt, teneri queat, quò minus impetu ſuo utatur, & ingentia agat, & in infinitum comes cœleſtibus exeat. Corpus itaq; eſt, quod Domino fortuna tradidit. Hoc emitur; hoc venditur. Interior illa pars mancipio dari non poteſt. Ab hac quicquid venit, liberum eſt. Non enim aut nos omnia jubere poſſumus, aut in omnia ſervi parere coguntur. Contra Rempublicam imperata non facient nulli ſceleri manus commodabunt.* Rex Navarræ, in literis ad Nobiles Aquitaniæ, apud Dinethum, lib. 6. Hiſtor. Gall. fol. 488. *Non gladio, ſed perſuaſione ac vi doctrinæ in cordibus hominum religio plantatur, & honeſto vitæ exemplo confirmatur.* Quicunq; ergò in conſcientias hominum affectant imperium, illosq; ad fidem cogere tentant; ii rem impoſſibilem, planeq; fruſtraneam ſuſcipiunt, & divinam ſibi potentiam falsò arrogant. Solius enim Dei eſt, dominari conſcientiis, adeò quidem, ut Apoſtolus etiam de ſe ſcribat, 2. Cor. 1. v. 24. *Non dominamur fidei veſtræ*, quia hoc ad ſolum Deum pertinere noverat. Hinc *Stephanus* Batoræus, Poloniæ Rex, ſtatuit rectiſſimè, Deum tria ſibi reſervâſſe,

servâsse, (1.) *Ex nihilo aliquid facere.* (2.) *Futura sc[illegible]* *dominari.* Et Imperator Maximilianus II. dixit: *Nulla* [illegible] *intolerabiliorem, quàm conscientiis dominari velle*, quia nemp[illegible] solus sibi dominium illud vendicet.

Nec etiam debeat. *Posterior*: Magistratus non debet subditos suos a[illegible] cogere.

Quod probamus à frustraneo. Rationes facilè damus: 1. A frustraneo & inutili [illegible] in viribus nostris non est, id frustrà & inutiliter tentatur [illegible] ribus nostris non est, cogere mentem alterius ad deseren[illegible] & suscipiendam peregrinam religionem. *Ergò* id frustra & in[illegible] tentatur, atque per consequens tentari non debet, quum sapiens [illegible] faciat frustrà.

A divini mandati defectu. 2. A divini mandati defectu. Nuspiam enim in [illegible] sertim Novi Testamenti literis præceptum est, ut homines ad religionem Christianam capessendam vi cogantur. In parabol[illegible] quidem *Luc.* *14. v. 23.* Servus jubetur, ut invitatos ad Cœnam *compellat intrare.* [illegible] ἀναγκασμὸς vel compulsus non est realis & violentus, quia hoc Dei servis vel pastoribus nequaquam competit; sed verbalis & [illegible] consistens in continua verbi penetrantis prædicatione, & severa p[illegible]narum comminatione, quia non alia quàm isthæc, ministri verbi de quibus ibi sermo, media habent suos ad pœnitentiam compellendi a[illegible]ditores. Hinc Theophylactus super hunc locum: *Ut [illegible] magnæ virtutis Dei esse, credidisse gentes in tanta versantes ignorantia, [illegible] dixit*: Compelle. *Nisi enim magna fuisset ejus, qui prædicabatur [illegible] magna verbi veritas, quomodo persuasi essent homines, &c. vel alite[illegible] tus signorum manifestam afferebat necessitatem, ut transferantur ad fidem Christi.* Et rectè *Thomas*, quæst. 22. de Verit. art. 9. sermonem *Luc. 14.* esse dicit, *de vi, quam rationes ipsæ fidei per se afferunt, non de armorum vi, vel metus incussi.*

Ab exemplorum defectu. 3. Ab exemplorum defectu. Nullibi legimus vel in Veteri, vel in Novo Testamento, quòd ad fidem capessendam vi & armis [illegible] mines fuerint adacti. Docuerunt & baptisârunt Apostoli; Nunquam verò contumaces occiderunt, aut civilis potestatis authoritate ad credendum compulerunt. Rectè *Gregorius* lib. 2. epist. 52. pro[illegible] dist. 45. cap. 1. *Quid de Episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, benè fraternitas vestra novit. Pastores enim facti sumus, non p[illegible]*

[illegible]

Magistratu.

res Et egregius prædicator dicit (Paulus 2.Tim 4. v.2.) *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Nova verò atq; inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.*

4. Ab incommodo. Violentis enim mediis mentes hominum magis alienantur a religione, quam suscipere debent; seditionibus ac cædibus ansa subministratur; publica pax & tranquillitas Reipublicæ damno cum maximo turbatur, uti vel sola bella in Belgio gesta testari possunt. *Ab incommodo.*

5. A testimoniis veterum. Tertullianus ad Scap. c.2. *Religionis non est, cogere ad religionem, quæ sponte suscipi debet, non vi.* Hilarius ad Constant. Imperat. *Non decet, non oportet cogi atq; compelli invitos ac repugnantes.* Concilium Toletanum IV. An. 639. coactum prudenter statuit, can. 56. *Nemini ad credendum vim esse inferendam.* Cumprimis autem præclarus extat locus apud *Lactantium*, lib. 5. divin. Instituit. cap. 20. quem ob verborum elegantiam, & argumentorum pondus, integrum huc adscribere non erit operæ dispendium. Sic verò Pater ille disserit: *Non est opus vi & injuria: quia religio cogi non potest; verbis potius, quàm verberibus res agenda est, ut sit voluntas: distringant aciem ocolorum suorum. Si ratio eorum vera est, afferatur: parati sumus audire, si doceant; tacentibus certè nihil credimus. Imitentur nos, ut rationem totius rei exponant. Hos enim non illicimus, (ut ipsi objectant) sed docemus, probamus, ostendimus. Itaq; à nobis nemo retinetur invitus. Inutilis est enim Deo, qui fide ac devotione caret. Et tamen nemo discedit, ipsâ veritate retinente. Doceant isti hoc modo, si qua illis fiducia veritatis est: loquantur, mussitant: audeant, inquam, disputare nobiscum aliquid ejusmodi. Jam profectò ab aniculis, quas contemnunt, & à pueris nostratibus error illorum ac stultitia ridebitur. Sciant igitur ex hoc ipso, quantum intersit inter verum & falsum: quando ipsi, qui sunt eloquentes, persuadere non possunt: imperiti ac rudes possunt, quia res ipsa ac veritas loquitur. Quid ergò? Saeviunt, ut stultitiam suam, dum minuere volunt, augeant; longè diversa sunt, carnificina & pietas. Non potest pietas cum vi, aut justitia cum crudelitate conjungi; Sed meritò non audent de rebus quicquam docere divinis: ne & à nostris rideantur, & à suis deserantur. Defendenda enim Religio est, non occidendo, sed monendo; non sævitiâ, sed patientiâ; non scelere, sed fide: Illa enim malorum sunt; hæc bonorum. Et necesse est, bonum in religione versari, non malum. Nam si sanguine, si tor-* *A testimoniis veterum.*

mentis, si malo religionem defendere velis, jam non defenderetur [illegible] polluetur & violabitur. Nihil enim tàm voluntarium, quàm r[illegible] si animus sacrificantis aversus est, jam sublata, jam nulla [illegible]. R[illegible] ratio est, ut religionem patientiâ vel morte d[illegible], in qua [illegible] ta, ipsi Deo grata est: & religioni addit authoritatem [illegible] L. [illegible].

Et suffragio quorundam Pontificiorum. 6. A moderatiorum Pontificorum suffragio. Qu[illegible] Galliæ Rex Anno 1555. severum de extirpandis Hugonotis edictum [illegible] gâsset, Senatus Parlamenti Parisiensis ab instituto eum [illegible] inter alia gravissimè scribit: *Æquum videri, ut potius v[illegible] vestigiis insistatur, quæ non ferro & flammis, in religione co[illegible]stituend[illegible] p[illegible]opaganda; sed puriore doctrinâ, & honestis vitæ Antistitum ex[illegible] confecit*, referente *Augusto Thuano*, lib. 6. Histor. Andrea[illegible] Ph[illegible]lopater, Presbyter Romanus, in responsione ad edictum Anglicum, pag. [illegible]8. *Si persuaderi sibi à Cæcilio Consiliario præcipuo permiserit Elisabetha Regina, hanc tantam subditorum carnificinam carere omni periculo [illegible] prudentia est insignis. Saltem sequi debebat Gamalielis consilium*, Act. 5. v. 39. *Benevolentiâ & tolerantiâ res tentanda est, quod Germaniæ Principes ut plurimùm faciunt.*

Nam persecutionibus & pressuris, tantâq; hominum strage & laniena usus satis edocuit, nihil proficì posse.

QUÆSTIO IV.

Num & quomodo Judæi in Christiana Republica tolerandi sint?

Duo extrema hic vitari debent. QVum de Judæis instituitur deliberatio, *duo* inprimis extrema studiosè debent evitari. *Alterum* est, temeraria expulsio: *Alterum*, licentiosa tolerantia. Nec enim indiscretè sunt expellendi, nec illimitatè sunt tolerandi; quod utrumq; paucis porrò declarandum est.

Unde quidã statuunt quòd Judæi non sint prorsus expellendi. I. *Quòd universaliter & indiscretè ex orbe Christiano non sint proscribendi & profligandi*, sequentibus argumentis suaderi posse, quidam autumant.

Ob spem conversionis. 1. Ob spem conversionis, quæ prædicta est *Ose. 3. v. 4. Sophon. 3. v. 14. Rom. 11. v. 25. 26.* Si verò prorsus exturbentur, & cum Christianis minimè conversentur; tum ad veritatis agnitionem vel nunquam vel certè difficilimè pervenire poterunt.

2. Ob

2. Ob coercendas blaſphemias. Si enim ſub aliis gentibus vivant, Chriſtum liberius blaſphemabunt, & majorem immunitatem habere poterunt, ob ſimilitudinem in ritu circumciſionis, vel quia religionum diverſitas parùm curatur, quo pacto magis confirmantur in blaſphemandi ſtudio, & rarius convertuntur. *Ob coercendas blaſphemias.*

3. Ob commoda, quæ cum Judæorum tolerantia ſunt conjuncta. Talia ſunt, (1.) *Theologica*, quandoquidem exhibent vivum ſpeculum iræ divinæ, erga contemtum Evangelii: confirmant ſuo exemplo prædictionum veritatem: Sunt Chriſtianorum theſaurarii in aſſervandis Scripturis Hebræis, ne gentiles illas à nobis corruptas eſſe, prætendant. (2.) *Politica*, quoniam Reipublicæ ærarium augent, in repentina neceſſitate magnam pecuniæ ſummam ſuppeditare, imò & ad ſervitia vel onera publica ferenda, utiliter adhiberi poſſunt. *Ob commoda quædam conſervanda.*

4. Ob reverentiam Patriarchalis originis, quia ſunt de ſemine Abrahæ, ſunt conſanguinei Salvatoris, juxta carnem *Roman. 9. v. 5.* multisq; à Deo donis & privilegiis olim exornati fuêre, in quorum omnium memoriam non immeritò videntur tolerandi. *Ob reverentiam Patriarchalis ſanguinis.*

5. Ob exemplum veteris Eccleſiæ, quæ Judæos non prorſus exterminavit, ſicuti de hoc ipſo conſtitutiones in *Jure Civili* & *Canonico* extantes, ſatis ſuperq; teſtantur. *Ob exemplū veteris Eccleſiæ.*

6. Ob incommodum; quia ſi Judæi hoſpitium apud nos nullum inveniant, catervatim ad Turcas confluent, & partim pecuniâ, partim conſiliis & artificiis ſuis hoſtes noſtros adjuvabunt. Pertractat hanc rationem *Philippus Camerarius*, Centur. 1. Medit. Hiſtor. cap. 89. ubi inter cætera ſic ſcribit: *Fama eſt, ut quidam ſcribunt, ad centum millia hominum utriusq; ſexus ad Turcos diverſis temporibus migrâſſe. Memoriæ autem traditum eſt, Turcicum Imperatorem dicere ſolitum*, Se mirari Chriſtianorum Regum ſtoliditatem, quòd tantam multitudinem, quam ſi non interficere voluiſſent, attamen mancipiorum loco ad utilia & idonea ſervitia præſtanda retinere poterant, potius in propriam perniciem expellere, quàm ad ſuum emolumentum retinere maluerint, juxta præceptum Horatianum: *Et propter incommodum cum expulſione conjunctum.*

Vendere quùm poſſis captivum, occidere noli,
Serviet utiliter.

Judæi enim illi primùm ad Turcas attulerunt tum varia artificia, tum etiam perfectiorem uſum machinarum bellicarum, aliarumq; rerum, quibus antea

anteà barbara ista gens destituta fuerat. Idq; magno incon[illegible] na Reipublicæ accidit, &c.

Ob has igitur & similes rationes non videtur q[illegible] tum, ut Judæi omnes ex regione Christianorum [illegible] quo ipso tamen non hoc volunt, quòd in Rempu[illegible] mittendi, multò minus quòd studiosè, turpis lucri causa [illegible] di, quia hoc summæ temeritatis, & nomini Christiano p[illegible] ret ac prorsus inexcusabile. Hinc sunt, qui Judæos in Christ[illegible] publica, utpote semper blasphemos, impunè haut tolera[illegible] tuant, de quo eruditè differentem vide meritissimi in Theologia [illegible] *D. Danielem Cramerum* in descriptione hæreseologica cap. 11. prolegom. p. 38. seqq.

11. Ne igitur in altero extremo peccetur, & nimia Judæ[illegible] Christianos viventibus concedatur licentia, cautione magnâ op[illegible] ut *tum* generalibus, *tum* specialibus legibus ita constr[illegible] ne ulla ex parte vel scandalum dare, vel damnum inferre, possint

Annotantur a. variæ leges & conditiones, quæ Judæis, si tolerari debeant, præscribendæ sunt.

Generalis lex esto, *ut secundum jus, in Republica usitatum, tranquillè vivant*, Magistratui pareant, ab incantationibus & aliis sceleribus [illegible] stineant, civibus molesti non sint, nec quicquam contra Christianam Rempublicam moliantur.

Specialium multæ possent recenseri, nos præcipuas tantùm annotabimus.

1. Blasphemiæ Judæorum nequaquam sunt tolerandæ; sed severissimè prohibendæ, eumq; in finem Synagogæ nunquam concedendæ. In iis enim blasphematur nomen Christi, diris devoventur Christiani, proponuntur fabulæ Talmudicæ, & confirmantur Judæi in suâ superstitione. Formulas horrendarum blasphemiarum, quibus illi utuntur, prolixè commemorat Clarissimus Dn. D. *Helvicus*, Tom. 4. disp. Giessens. disput. 11 pag. 256. & seqq.

2. Cogendi sunt, ut conciones sacras audiant. Quia enim ob spem conversionis tolerantur, media certè adhiberi, & ob[illegible] removeri oportet. Sæpius ergò de Messia & vaticiniis Propheticis sermo ad ipsos instituendus est, ut fabulas Rabbinorum, à quibus aliàs nimis dependent, paulatim agnoscant, & fundamenta veræ fidei addiscant.

3. Rigidissimè prohibendum, ne Judæum ad nos transire cupientem, dolosè retineant, & contrà neminem è Christianis ad suam superstitionem pertrahere laborent.

4. Libri

4. Libri Veterum Hebræorum sive impressi, sive manuscripti sint, ab iis extorqueri debent, *partim*, ut libris destituti, ad conciones audiendas eò facilius moveantur, *partim*, ut ex illis multa pro fide Christiana facientia, & hactenus occultata, erui & in Judæos retorqueri possint.

5. Judæis minimè permittatur, matrimonia contrahere cum Christianis, quia sunt extra Ecclesiam, seduci possent simplices, frui vellent privilegiis Christianorum, & procul dubio liberos in suâ superstitione educarent.

6. Judæi tanquam servi servorum sunt habendi, ideoq; duriter tractandi, & ad servitia præstanda, ad findenda ligna, evehendum fimum, & alia opera rustica adigendi. Sunt n. à Deo in exiliū missi, & in servitutem traditi, ob crucifixionem Filii sui, & contemtum Evangelii. Ut ergò sciant, se exules esse, neq; glorientur ob seminis prærogativam, vel in blasphemiis suis confirmentur, durissima illis onera imponi debent, nec permittendum, ut ipsi otientur; & à laborib. immunes vivant. Hinc Lutherus, Tom. 7. Jen. l. de Judæis hoc consiliū dedit: Man müste ihnen das faule Schelmenbein aus dem Rücken vertreiben/ Flägel/ Axt/ Kärste in die Hände geben/ und nicht hintern Ofen Birnn braten/ und der Christen noch darzu spotten lassen/ daß sie wüsten/ sie weren im Elend und Gefengnüß. Deinde notū est, quanto Christianos odio prosequantur, ita quidem, ut statuant, non esse peccatum, si Judæus Christianum, vel Judæum baptisatum interficiat; si quis rem perditam Christiani retineat, si adulterium committat cum Christiani uxore, si furetur Christiano, &c. In pœnam igitur tanti odii & horrendorum dogmatum meritò tractandi sunt durius, & nequaquam ulla prærogativa iis concedenda præ Christiano: Unde sequitur, quòd nulla officia publica illis sint committenda, quòd negotiationes diebus Dominicis sint prohibendæ, quòd possessio bonorum immobilium, quippe servis non competens, & αὐθεντία iis deneganda, & severissimè interdicendum sit, ne lites & caussas inter se disceptent, ut ita sceptrum prorsus ablatum, & omnem Jurisdictionem sibi ademtam esse intelligant. In simili etiam genere Judæi delicta multò acerbius puniri debent, quàm Christiani, quum mancipia sint, & in servitutem nostram venerint.

7. Prohibendæ sunt immodicæ usuræ, ne sanguinem Christianorum exsugant, multasq; opes ad otiandum & delitiandū corradant, qua in parte si conniveat Magistratus, & muneribus illorū se excæcari

sinat,

finat, graviſſimum certè, & cum ſumma Chriſtiani nomi[illegible] conjunctum ſcelus committit, imò & Judæos confirma[illegible] pœnam agnoſcant, & ad Chriſtianiſmum transeant. Refert [illegible] *Schadeus*, Judæum quendam, quum commonefactus eſſe[illegible] tam diuturno, ut inde Meſſiam veniſſe colligeret, juſſiſſe è ce[illegible] ferri vinum generoſiſſimum, in vitro pretioſo, & monſtra[illegible] illo. re ſpondiſſe מה תיג בורה, id eſt, *Quale hoc eſt exilium?* Ex qu[illegible] hoc fluit, quòd ſanè iniquum ſit, Chriſtianum debitorem in g[illegible] Judæi creditoris incarcerare & affligere. Ita enim Chriſtiani [illegible] tur Judæis ludibrio, fiunt eorum ſervi, proſtituitur dignitas Chriſtianiſmi, confirmatur ſuperſtitio & ſuperbia gentis Judaicæ; de quibus omnibus prolixius diſſerentem vide *Dn. D. Helvicum*, diſput[illegible] p. 275. & ſeqq.

8. Judæis non ſunt præſtanda obſequia, multò minus ſervitia in diebus Sabbaticis. Quid enim indignius Chriſtiano, quàm ſervire ſervis ſuis, & quidem ad eum cultum promovendum, qui à Chriſto abrogatus, qui cum blaſphemia & execratione Chriſtiani nominis conjunctus eſt?

9. Judæis non ſunt permittendæ tales negotiationes, quæ immediatè ad cibaria ſpectent, veluti lanienæ & ſimiles, quia indecorum eſt, edulia emere à noſtris hoſtibus, qui carnes prius conſpurcant & impuro halitu ſuo, ex blaſphemis oribus prodeunte inficiunt.

10. Judæi externo quopiam in veſtibus conſtituto ſigno à Chriſtianis ſunt diſcernendi, quam ob cauſam Veneti injunxerunt geſtationem crocei pilei, & in Romano Imperio frequens eſt, flavus in pallio circellus.

Deniq; 11. Juramento Judæorum, quod præſtant in lite cum Chriſtianis initâ, vel nihil, vel parùm omninò fidendum eſt, quia quotannis in die expiationum, qui in Auctumnum incidit, orationem recitant, quâ precantur Deum, ut omnia juramenta & vota irrita eſſe jubeat, nec in fraudem ulli Judæo cedere ſinat, quæcunque per totum annum contra Chriſtianos præſtentur, idque fieri certiſſimè ſibi perſuadent.

Et hæ fuerunt præcipuæ conditiones, atque limitationes, quibus obſervatis, Judæos inter Chriſtianos tolerari poſſunt. Quòd ſi verò ad earum præſcriptum recuſent vivere, non ſunt facilè ejiciendi, ne ad hoſtes noſtros & barbaros confugiant; ſed potius ad legum illarum obſer-

servationem cogendi, & si clàm aufugere velint, gravibus pœnis, tanquam mancipia coërceri debent. Vide plura Tom. 6. *Dn. D. Gerbardi*, pag. 890. seqq.

QUÆSTIO V.

An Magistratus duas pluresvé Religiones in Republica tolerare possit vel debeat?

NEgativa placet plerisq; Pontificiis, unde *Bellarminus* scribit, lib. 3. de Laicis, cap. 18. col. 672. D. *Sine dubio tenentur Principes Christiani non permittere subditis suis libertatē credendi; sed dare operam, ut ea fides servetur, quam Episcopi Catholici, & præcipuè Summus Pontifex docet esse tenendam.* Similia habet *Lipsius*, lib. 4. Polit. cap. 2. & in libro de Una religione; *Johan-Paulus Windeck*, lib. de hæreticis extirpandis, & *Cunradus Brunus*, lib. 3. de hæret. cap. 15. *Negant Pontificii.*

Nos autem dicimus, optandum quidem, & Magistratui eò modis omnibus laborandum esse, ut una eademq; vera religio in toto vigeat imperio, quippe qui nullum datur firmius unitatis & concordiæ vinculum. Sed talem consensum Oecumenicum vix sperari posse, Paulinus evincit aphorismus, quo inquit 1. Cor. 11. v. 19. *Oportet esse hæreses inter vos.* Ubi autem sunt hæreses, ibi una & eadem religio non viget.

Exortarum igitur hæreseωn tempore quî sese Magistratus gerere debeat, paucis aperiemus, si hæc una prænotetur distinctio, quòd Magistratus *vel liberam* habeat potestatem, *vel restrictam.* *Nos distinguimus inter Magistratum potestatis Liberæ, Et restrictæ,*

Liberam voco, quæ absoluta est, neq; certis pactis aut conditionibus implicata.

Restrictam, quæ vel per pacta & promissa; vel per statuum inferiorum Jurisdictionem limitata est.

Fit enim nonnunquam, (1.) Ut Magistratus in capitulatione, quam vocant, sese obstringat ad diversarum religionum tolerantiam, & tunc ab illa promissione, præsertim si juramento confirmata sit, discedere neutiquam debet, sed tenetur talis Princeps diversas religiones tolerare, ne juramentum violet, Deiq; nomen profanet. Hinc *Becanus* ipse scribit in disput. de fide hæreticis servanda, cap. 10. th. 16. *Si Princeps vel Magistratus Catholicus paciscatur cum hæreticis de libertate Religionis toleranda, quam sine majori detrimento impedire non potest; sine dubio fides servanda est. Probatur ex dictis. Nam fides servari debet in omni pacto licito & honesto, atqui licitum & honestum est, tolerare libertatem re-*

ligionis, ad majus malum evitandum; & de ea tolerana ... pacisci potest Princeps Catholicus: Ergò, si pacis... h... in...
(2.) Ut partem quandam potestatis proceres reg... non sunt meri subditi; sed in consortium aliquod pote... ideoq; illis invitis Rex aut Princeps diversarum Religio... nec inducere, nec abolere potest, de quibus omnibus r... controversiam.

Et statuimus, quòd Magistratus Christianus debeat

De *Magistratu* autem *libero* cumprimis quæritur, ... potestatem absolutam habeat, diversas religiones bon... tolerare vel possit debeat?

Nos sequentibus rem totam positionibus inclusam hab...

1. Unam duntaxat, eamq; veram religionem adprobabare.

I. Magistratus Christianus unam duntaxat, eamq; veram Religionem adprobare, & in corde suo fovere debet. Nam falsum quidem multiplex; verum autem ... sibi per omnia conforme est: Hinc etiam una fides ... quæ sola justificat & salvat. Non ergò circumfe...atur Magi... vis vento doctrinæ, sed uni veræ religioni semper addictus ma... maximè complures in regno ejus vel oriantur, vel ortæ fov... hæreses.

2. Syncretismum multarum religionū vitare.

II. Caveat insuper, ne misceat religiones plures, aut quendam Syncretismum earum introducat. Talis enim Syncretismus repugnat divinis mandatis tum in typis, *Lev. 19. v. 19. Deut. 22. v. 9.* tum expresso sermone propositis, *1. Co. 6. v. 14 & seqq. Ap... 3. v. 15.* labefactat fidei unitatem & sinceritatem, *1. Cor. 5. v. 6. Eph. 4. v. 5.* introducit Samaritanismum, divinitus prohibitum, *2. Reg. 16. v. 34.* & omnem religionis ac pietatis zelum extinguit, uti breviter & nervosè disserit *Dn. D. Gerhardus*, Tomo 6. LL. CC. pag. 855

3. Heterodoxos consiliarios nō admittere.

III. Magistratus pius in aulam suam non adsciscat, nec facilè in eâdem toleret Consiliarios vel ministros falsæ religioni addictos. Ratio hujus theseωs desumitur a *periculo*, quod à talibus ministris imminet. Nam sæpius seducunt incautos Principes, & omnia eò plerumq; dirigunt, ut veræ noceant religioni, suam verò falsam plantent & promoveant, velut exempla Calvinianorum in aulis Lutheranorum versantium, aliquoties docent... Huc pertinet exemplum *Constantii* Patris Constantini, de quo ... Eusebius ...

de

de vita Constantini, cap. 11. quòd singulari quadam prudentiâ idololatras Ethnicos, Christianis aulicis intermixtos, in lucem produxerit. Illis, qui in regia ipsi inserviebant, liberâ datâ optione, hanc tulit conditionem, ut vel Dæmonibus immolando integrã haberent potestatem, tum apud ipsum commorandi; tum consuetis honoribus perfruendi, vel si minus hoc exequerentur, aditu ad ipsum prohiberentur, & à consuetudine ac familiaritate ipsius repellerentur, rejicerenturq;. Postquam igitur in duas partes diremti fuerunt, aliiq; in hanc, alii in illam segregati, illicò singuli quo animo & instituto essent, perspicuè ostenderunt. Ibi tum Constantius commento, quod celatum erat, statim patefacto, quorundam timiditatem, & nimium amorem, quo ipsi se, suamq; vitam complectebantur, vehementer arguit, alios ob sinceram & integram erga Deum mentem plurimùm approbavit; illos deinde tanquam Dei proditores, Imperatoris servitio indignos censuit. *Quomodo enim*, inquit, *fidem erga Imperatorem servare poterunt inviolatam, qui adversus Deum perfidi esse convincuntur?* Quòd si tamen quandoque ex gravi causa vel tolerentur, vel asciscantur Consiliarii, alienæ religioni addicti: non sunt ii in negotio religionis audiendi, multò minus cura sacrorum iis erit committenda.

Magistratu.

IV. Princeps non nisi unam veramq; religionem in regno suo fovere ac tueri debet, quamdiu sine graviori Reipublicæ detrimento id præstare potest.

4. Unam tantùm religionem in regno admittere, quamdiu id sine graviori Reip. detrimento fieri potest.

Neque enim debet libertatem quidvis credendi cuivis permittere, nec quasvis sectas in gremium sui regni temerè admittere, sed omnibus nova dogmata spargentibus summo conatu resistere, & Rempublicam ab omni corruptelarum labe immunem conservare. Atque hoc, non aliud probant pleraq; Bellarmini & Becani argumenta.

Nam *primò* Scriptura inquit, Prov. 20. v. 8. *Rex, qui sedet in solio judicii, dissipat omne malum intuitu suo.* Item: *Dissipat impios Rex sapiens.* Porrò impios esse hæreticos negari non potest. It. Psal. 2. v. 10 *Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, servite Domino in timore.* Augustin. epist. 50. *Aliter servit*, inquit, *Rex Deo, quia homo est; aliter, quia Rex est; quia homo est, ei servit fideliter vivendo; quia verò etiam Rex est, servit, leges justa præcipientes, & contraria prohibentes, convenienti rigore sanciendo; sicut servivit Ezechias, lucos & templa idolorum destruendo; sicut servivit Rex Josias, talia & ipse faciendo; Sicut servivit Rex Ninivitarum;*

universam civitatem ad placandum Dom[illegible] con[illegible] Darius, idolum frangendum in potestatem Dan[illegible] bucbodonosor, omnes in regno suo positos à blasp[illegible] prohibendo. Et ibidem subjungit: *Quis mente [illegible] curare in regno vestro, à quo teneatur vel oppugnetur [illegible] stri? non ad vos pertineat in regno vostro, quis velit esse [illegible] sacrilegus; quibus non potest dici: Non ad vos pert[illegible] quis velit esse pudicus, quis impudicus?*

Deinde, vinculum Ecclesiæ est unius fidei confe[illegible] sensio in fide, Ecclesiæ est dissolutio. Debent igitur Principes [illegible] bertatem non permittere, si suo rectè volunt perfungi munere.

Accedit, quòd libertas ista perniciosa est etiam tempo[illegible] regnorum, & publicæ paci. Nam dissensio in fide parit di[illegible] animorum & voluntatum. Omne autem regnum, in se div[illegible] labitur, *Luc. 11. v. 17.* Sic nulla unquam familia fuit, in q[illegible] religio pacem non turbârit. Exemplo est discord[illegible] *Ismaelem* in familia Abrahæ; Inter *Jacobum & [illegible]* in Mesopotamia; inter *Mosen & uxorem Zipporam*, dum profici[illegible] Ægyptum. Quomodo ergò in toto regno, provincia, civit[illegible] p[illegible] & concordia sperari potest, ubi Religionis ac fidei sum[illegible] Qui olim conjunctiores, quàm *Judæi & Israelitæ?* At postqua[illegible] altare contra altare; templum contra templum erectum est; mox [illegible] dissidio dissecti & dissociati sunt.

5. Privatos dissentientes, quietè autem viventes tolerare.

V. Licèt publicum diversæ religionis exercitium, in statu Reipublicæ quieto, Princeps temerè permittere non debeat, privatos tamen diversum sentientes, si tranquillè vivant, alios non seducant, nec occultis machinationibus pacem politiæ vel Ecclesiæ turbent, spe conversionis, & causâ publicæ tranquillitatis tolerare potest & debet.

Nullum enim ex tali tolerantia oritur incommodum neq; privata dissensio; sed publica dissensionis professio, & exercitiū peregrinæ religionis publicum, Reipublicæ periculosum & perniciosū esse convincit: Sic tolerari possunt Judæi in Romano Imperio, si sibi & privatim vivant, quia per conversationē cū Christianis sæpissimè ad cognitionem veritatis perducuntur, & de ipsorum conversione prædictiones habentur in Scripturis, *Rom. 11. v. 26. Apoc. 7. v. 4.* Quòd si verò privati [illegible] vivant

vant privatim & quietè sed simpliciores fallant, & seditionibus ansam suppeditent, expellendi protinus sunt, præsertim sub initium sparsæ hæreseωs, antequam vires colligant, & animos subditorum à vera Principis religione avertant. Hoc enim ad primæ tabulæ custodiam pertinet, ne concedatur licentia spargendi hæreses, verùm ut exemplo piorum Regum in Veteri, & Imperatorum, in Novo Testamento turbones hujusmodi ejiciantur, & ab ovili Domini arceantur. Magistratu.

Summatim ut multa dicam: *Magistratus veritati, caritati & prudentiæ* studere debet. *Veritas* jubet, ut publicis indiciis testatum faciat, se falsam religionem, cui addicti sunt ii, quos tolerat, seriò improbate. *Caritas* suadet, ut subditorum saluti & incolumitati consulat, inq; omnes occasiones sit intentus, quibus reduci in viam veritatis, & veræ Ecclesiæ associari possint. *Prudentia* monet, ne eos intempestivâ severitate tollat, quos paternâ lenitate corrigere poterat, utq; semper è duobus malis minus eligat, de quo thesi sequente plura.

6. Plures religiones tolerare, quando status regni est turbatus, & periculum majus metuitur.

VI. Quando status Reipublicæ & Religioni non est liber, sed turbatus, quando subditi in diversas abiêre partes, & æqualiter fermè sunt divisi, ut pars una veræ, pars falsæ religioni adhæreat, ne exercitium publicum sine sanguinis effusione, & præsentissimo totius regni exitio denegari queat; tum lex prudentiæ requirit, ut ex duobus malis eligatur minus, nempe ut toleretur religio peregrina, ne turbetur pax publica, & pessundetur vera Ecclesia.

Nam si ad arma veniendum sit, anceps erit victoria, & facilè fieri potest, ut heterodoxi peregrina auxilia conquirant, & veræ fidei cultores planè supprimant. Hinc tres illæ sectæ, Pharisæorum, Sadducæorum & Essæorum, junctim viguerunt in Judæa sub adventum Christi, & antea quoque sub ducibus Maccabæis, quandoquidem nulla sine cæterarum periculo & sanguinis profusione eradicari potuit. Sic de *Theodosio Majore* Bodinus refert, lib. 4. cap. ult. num. 483. quòd noluerit Arianos, quos tamen capitaliter oderat, ullis suppliciis coërceri; sed utrisque, Arianis & Catholicis, sua templa concesserit, & in singulis oppidis duos utrisque religionis Pontifices haberi permiserit. Nam sicut in morbis nihil magis est periculosum, quàm immatura medicina, plus autem quiete proficitur sæpius, quàm motu; sic hæreseωn pestis, quùm multos in Republica inficit, violentis mediis difficulter extirpatur, ideoq; ferenda potius sunt, quæ mutari nequeunt, & in-

ſtandum partim devotis precibus, partim fideli inſtr[illegible] mi ſeductorum paulatim abducantur ab hæreſi, a[illegible]que vi[illegible]er[illegible] ri, ad veram fidem convertantur. *Natur[illegible] contum[illegible] [illegible] [illegible]mus, & in contrarium atq; arduū nitens*, teſte Se[illegible]a libro p[illegible] ment. Armis igitur multò magis irritantur, & abalienant[illegible] n-tes, quia fides perſuaderi debet ex Scriptura, non propagar[illegible].

Novit hoc *Carolus V.* qui quum à Clemente VII. [illegible] retur, ut Lutheranam religionem armis oppugnaret, [illegible] ipſius graviter primùm reſtitit, reſponſo ad poſtulatos Cle[illegible] ar-ticulos tali dato: *Ut parentum deliria ferenda ſunt* [illegible] *religionibus vitia quædam eſſe diſſimulanda, fundamentum in E*[illegible] *neri oportere*, &c. *Goldaſt.* tomo 3. Conſtant. Imp. fol. 506. W[illegible] mo 2. memorabil. fol. 331.

Ammianus libro 20. de *Valentiniano* Imperator[illegible] memo[illegible]at, [illegible] hoc moderamine Principatus inclaruiſſe, *quòd inter r*[illegible] *diverſi-tatem medius ſteterit, nec quenquam inquietaverit, nec im*[illegible] *mira* [illegible] *bus ſubditorum cervices ad id, quod ipſe colebat, inclinár*[illegible], *ſed h*[illegible] *pa*[illegible] [illegible]*temeratas reliquerit*. Jac. Aug. *Thuanus* in præfat. ſuæ Hiſtor. teſtatur, Heinricum IV. Galliæ Regem *eo ipſo, quòd proteſtantibus in ſuo r*[illegible]*gno quietam permiſerit ſedem, Rempublicam labentem fulciiſſe.*

Huc pertinent ea, quæ *Camerarius* ſcribit parte 1. Succ[illegible] horarum, cap. 58. pag. 265. *Politicè loquendo, cultus veræ religionis per ſe minimè affert mutationes & perturbationes Rerumpublicarum ben*[illegible] *tutarum; ſed eæ incidunt, dum magiſtratus inveteratam opinionem ab*[illegible]*que diſcrimine & recto judicio, rejectis reliquis per vim, pertinacius fov*[illegible] *& tue-tur. Hoc non ignorant* Turcæ, *qui religionum diverſa genera in ipſ*[illegible] *la-tiſſimo imperio ferunt, neq; vim erga conſcientias hominum, ſicut in corpora exercent; ſed ut ea ſervituti ſubjiciunt; ita has liberas unicuiq;* [illegible] d videre *imprimis licet hodierno die* Hieroſolymis, *in templo ſepu*[illegible]*chri Salva-toris noſtri, ubi Latini & Romani, Græci, Armenii, Georgiani, Marcioni-tæ, Abyſſini, & alii, qui Chriſtiani perhiberi volunt, ſeparatim ſua pecu*[illegible]*ria ſacra, & ritus, ſub uno tecto, licet acerrimum odium inter ipſos ſit, paca-tè tamen tractant.* De Sultano Soleimano, *qui in obſidione Zigeti extin-ctus eſt, narrant, quum à Muphthi (qui apud Mahumetanos Turcos in*[illegible]*ar Papa vel Patriarcha eſt) & Cadileſcheris (qui noſtros Archiepiſcopos re-præſentant) atq; nonnullis Baſsis admoneretur, ut Chriſtianos & Ju*[illegible]*, a-liosq;, diverſos ritus in religione ſequentes, vel ejiceret,* [illegible] *ut* [illegible] *ſulma-*

fulminarizarent; eum illis, quum forte ex fenestra in hortum variis floribus fragrantem, despiceret, uno in loco diversicolores flosculos simul enatos monstrasse, atque dixisse: Quemadmodum ista verietas distincta herbarum & florum non solùm nihil obest; sed mirificè oculos & sensus recreat; ita in imperio meo diversa fides & religio potius usui, quàm oneri mihi est, si modò pacatè vivunt, & in aliis rebus politicis, mandatis meis parent. Præstat igitur eos diutius, sicuti majores mei permiserunt, ita more suo religione suas sequi, quàm turbas excitari, & imperium meum deformari: Non secus ac si flosculos unicolores tantùm relinquerem, & reliquos evellerem. Quid facerem enim aliud, quam ut hortum vel pratum suâ nativâ elegantiâ & decore potius spoliatem, quàm ornarem? *Idipsum olim movit* Nervam Imperatorem, *qui edicto generali vetuit, ne qua in vitam aut religionem cujusque fieret inquisitio. Hoc consideravit* & Alexander Severus, *quum ipse gentilis Christianis templum Romæ concederet; & ante eum* Trajanus atque Adrianus *eadem rescripserunt.* Constantinus *denique* Magnus *omni felicitate auctus est, quòd Christianis, ne quicquam reclamantibus gentilibus, permitteret, ut certa, statutaq; loca haberent, in quibus suos conventus agerent.* Et paulò pòst p. 268. additur à Camerario: *Dominicus, autor unius ex quatuor mendicantium ordinibus, primus incendia & ustulationes inter Christianos religionis ergò invexit, ideòque ejus imitatores adhuc inquisitionem, tanquam peculiarem sibi vendicant, & multis in locis ferverè eam exercent. Tradunt autem, matrem ejus, jam jam eum enixuram, somniâsse*, ingentem canem se parere, qui ardentem torrem ore gestaret. *Qui torris designavit fortassè rogos, quibus in cinerem redacta est infinita hominum multitudo.*

Adducere insuper possumus testimonia *quorundam Pontificiorum*, qui contedunt, posse Principem bonâ conscientiâ, in certo casu, permittere in una regione plures religiones.

Molanus lib. 1. de fide hæreticis servanda, cap. 2. scribit: *Cogitur aliquando Catholicus Princeps sive Magistratus, in quibusdam locis libertatem religionis sub certis conditionibus concedere, ne si minus malum tolerare nolit, majora in Republica sua perpeti cogatur.*

Becanus in disputatione de fide hæreticis servanda, cap. 10. th. 14. *Tametsi Princeps aut Magistratus Catholicus omnibus modis impedire debeat Libertatem religionis, ut dictum est, si tamen id facere non possit*

possit sine graviori incommodo boni publici, potest eam tolerar[illegible] minus malum, ad evitandum majus, quod al[illegible] [illegible] clusio *fundatur in isto cummuni axiomate:* Ex duobus malis [illegible] eligendum, *scilicet, si utrumq; evitare non possimus.* Et ratio [illegible] *tali casu illud minus malum non eligitur praecisè, ut malum q[illegible] sed ut medium utile ad evitandum majus malum; ac proinde* [illegible] *tione boni utilis. Ita sentiunt gravissimi autores* D. Thoma[illegible] *10. art. 11.* ubi *ex hoc principio probat, ritus gentilium & h[illegible] lerari posse, ad majus malum evitandum.* Cajetanus [illegible] rius de Valentia *tomo 3. disputat. 1. quaest. 10. pag. 7.* Molina [illegible] *jure & Justitia, disput. 335. &* alii plures. *Consentit* D. August[illegible] *2. de ordine cap. 4.* cùm ait: Aufer meretrices de rebus human[illegible] baveris omnia libidinibus. *Multa in eandem sententiam scrib[illegible]* D. [illegible] gorius *apud Gratianum*, distinct. 13. cap. Nervi. *Idem co[illegible] parabola zizaniorum, quam adfert Christus* Matth. 13. [illegible] *rerent servi à Patrefamilias;* Vis, imus, & colligimus ea? [illegible] Non, ne forte colligentes Zizània, eradicetis simul cum eis & triticum Sinite utraque crescere usque ad messem. *Vult Christus significare, haereticos aliquando tolerandos esse in medio Catholicorum, praesertim quum periculum est, ne si eradicentur haeretici, simul etiam evellantur Catholici De qua re pulchrè disputat* Maldonatus *in illum locum.*

Sic ergò & rationes firmae, & auctoritates satis robustae [illegible] àd fidem nemo cogi, & pro ratione circumstantiarum peregrinae religionis exercitium tolerari debeat.

Quod ipsum Imperii Romani status; partim Lutheranam, partim Papisticam religionem profitentes, in Germania prudenter considerârunt, ideoq; pacem & securitatem maturè sibi invicem promiserunt, ne pars altera alterius exercitium impediret, vel religionis causâ bellum susciperet. Formula illa pacificatoria, referente S[illegible] 26. sic habebat: *Propter Augustanae Confessionis doctrinam, re[illegible]ionem atq; fidem, Caesar, Ferdinandus Rex, caeteriq; Principes atq; Ordines, nemi[illegible] totius Imperii quoquo modo violent, nec ad deserendam religion[illegible] monias atq; leges, quas in sua ditione vel jam instituerunt, vel p[illegible] tuent Confessionis Augustanae socii, mandatu, aut al[illegible] quàvis ra[illegible] gant, nevé contemnant etiam; sed hanc religionem [illegible] liberam p[illegible] [illegible] simulq; bona, facultates, vectigalia, possessione[illegible] atq; jura, [illegible]*

 Magistratu.

possint uti frui: Dissidium quoque religionis non aliis, quàm piis, amicis & tranquillis rationibus componatur. Qui non sunt alterutrius religionis, hac pace non comprehendantur. Et post pauca.: *Jurisdictio sacra non exerceatur, neque locum habeat adversum Augustanæ Confessionis religionem, fidem, ritus, leges, Ministerium Ecclesiasticum*, &c. Instituta primùm hæc est transactio *Passavii* Anno 1552. *die* 2. *Augusti*; & postmodum solenniter confirmata *Anno* 54. & 66. cujus quidem beneficio Germania hactenus à tumultibus, variisque lanienis liberata & in pace salutari conservata est, quæ ut perennis sit, & diutissimè illæsa perstet, DEUM devotis animi gemitibus veneramur. Plura vide in Commentatione *Benbellonæ* de l'ace Religionis.

QUÆSTIO VI.

Num hæretici capitali pœna sint afficiendi?

Quòd affirmativa Papistis arrideat, non tantùm probant truculentis factis, & cruentis lanienis, quarum exempla benè multa vidit Hispania, Gallia, Anglia & Belgium; sed insuper conceptis id docent verbis & sententiis. *Affirmant Pontificii,*

Ita enim scribit *Thomas*, 2.2.quæst. 11. art. 3. *Circa hæreticos* duo *sunt consideranda*: Unum quidem *ex parte ipsorum.* Aliud verò *ex parte Ecclesiæ.* Ex parte quidem ipsorum *est peccatum, per quod meruerunt non solùm ab Ecclesia per excommunicationem separari; sed etiam per mortem à mundo excludi. Multò enim gravius est corrumpere fidem, per quam est animæ vita, quàm falsare pecuniam, per quam temporali vitæ subvenitur. Unde si falsarii pecuniæ, vel alii malefactores statim per seculares principes justè morti traduntur; multò magis hæretici statim ex quo de hæresi convincuntur, possunt non solùm excommunicari; sed & justè occidi.* Ex parte autem Ecclesiæ *est misericordia ad errantium conversionem; & ideò non statim condemnat; sed post primam & secundam correptionem, ut Apostolus docet; postmodum verò, si adhuc pertinax inveniatur, Ecclesia de ejus conversione non sperans, aliorum saluti providet, eum ab Ecclesia separando per Excommunicationis sententiam, & ulterius relinquit eum judicio seculari, à mundo exterminandum per mortem.* *Ut Thomas,*

Bellarminus lib. 3. de Laicis, cap. 21. *Johannes Huß.* 14. in Concilio Constantiensi, *Seß.* 15. *recitato, asseruit, non licere hæreticum incorrigibilem* *Bellarminus,*

 rigibilem

rigibilem tradere seculari potestati, & permittere comburere [illegible] *Lutherus* in art. 33. & in assertione ejusdem. *Nec novum* [illegible] *etiam Donatistæ olim idem docuerunt, &c. Contrarium do*[illegible] *Catholici*, &c. Et paulò pòst: *Nos igitur breviter ostendemus,* [illegible] *eos incorrigibiles, ac præsertim relapsos, posse ac debere ab Ecclesia* [illegible] *& â secularibus potestatibus, temporalibus pœnis, atq; ipsa e*[illegible] *mulctari.*

Gregorius de Valentia. Gregorius de Valentia, *Tomo* 3. disput. 1 quæst. 11 punct. 3. [illegible] B. *Ex fide certum est, Ecclesiam licitè & convenienter hoc fac*[illegible] nimirum animadvertere pœnâ mortis in hæreticos.

Tholozanus. Gregorius Tholozanus, lib. 12. de Republic. cap. 4. sect. 10. *Si hæretici contemtis censuris Ecclesiasticis noluerint satisfacere, adden*[illegible]*runt pœnæ legum secularium, & cum gladio spirituali temporalis jungend*[illegible] *erit; atq; poterunt Principes seculares uti in eos temporalium ademtione, qui & multò magis spiritualibus privari debent, & medicinali sev*[illegible] *mali ad bonum cogendi sunt. Sunt & mali & incorrigibiles exterminan*[illegible]*di, quemadmodum legitur* Hieremiam *dedisse gladium* [illegible] *aureum, dicentem:* Accipe gladium sanctum, munus a Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israel. *Sic Helias Propheta occidit prophetas Baal. & Jehu. Et Domini temporales debent tueri Ecclesiam Dei, ut & paulo post l. 2. docemus, in generalibus remediis. Et hæc in his qui fidem acceptam postea vel in se, vel in aliis corruperunt, & religionem professam contaminarunt, locum potissimùm habent.*

Lipsius. *Lipsius* lib. 4. Polit. cap. 2. *Seriò, Seriò, hoc imbibe; Nihil esse in rebus humanis religione præstantius, eamq; summâ vi debere defendi. Puniri igitur, si quis turbat, clementiæ hîc non est locus. Ure, seca, ut membrum potius aliquod, quàm totum corpus intereat.*

Et alii. Similia profert *Maierhoferus*, in speculo Prædicantium; *Windeck* in Prognostico; *Dominicus Bannes*, & alii, qui commentarios in Summam Thomæ conscripserunt.

Argumenta, quæ pro hac opinione sanguinolenta in medium afferre solent, prolixè dilui, *lib. 4. de Legibus, sect. 1. quæst. 19.* quò Lectorem cupidum volo remissum.

Hîc memor factæ promissionis, sententiam cumprimis nostram explicare, & explicatam firmis rationibus munire fert animus.

Ante omnia verò quædam distinctiones prænotandæ veniunt.

I. Alia ratio est *Veteris*; alia *Novi Testamenti*. Pseudopropheta Apo-

æ, Apostatæ, idololatræ & seductores manifesti erant ibi occidendi, juxta legem Domini *Deut. 13. v. 1. & seqq.* An verò illa lex forensis in Novo Testamento quoq; strictè observari debeat, hîc in quæstionem venit. Non ergo controvertitur de bonis hæreticorum in Testamento Veteri; sed an interfici debeant in Novo *etiam* Testamento. *Magistratu. Nos distinguimus inter V. & N. Testam.*

2. Distinguo inter pœnas *capitales*, & alias non capitales. Omninò puniendi sunt hæretici *partim à ministerio* per suspensionem & excommunicationem; *partim à Magistratu*, per depositionem ab officio, carcerem, pulsionem in exilium, & similia; Negamus autem, quòd ob solam hæresin vel errorem fidei fudamentalem, supplicio capitali sint afficiendi. *Inter pœnas capitales & non capitales.*

3. Hæresis vel est *certa* & explorata; vel *tantùm præsumta*, & falsò attributa. Ubi certa est hæresis; ibi modo explicato, licet animadvertere in personas, illâ contaminatas. Pontificii verò quosvis ad rogum damnant, qui Papæ Romani placita non adorant, ideoque hæresin præsumunt tantùm, & Evangelicis affingunt, quod autem illius revera rei sint, minimè probant, nec in æternum probare possunt. *Inter hæresin certam & præsumtã.*

4. Distingui etiam debet inter *seductores* & *seductos*; inter *hæreticos* & *hæreticis credentes*. *Illi* n. falsa dogmata spargunt, & propugnant pertinaciter; *hi* ex imbecillitate judicii adstipulantur tantùm, & sibi privatim errant, neq; alios decipiunt, quod discrimen Pontificii non attendentes, quosvis à Romana religione alienos, sive doctores sint, sive simplices Laici, abripiunt, & pœnâ capitali mulctant, ideoq; triplici nomine iniquitatis & injustitiæ accusari possunt. *Primùm*, quòd pro hæresi habent illam doctrinam, quam esse hæreticam non probant, nec probare possunt, sed tantùm præsumunt & fingunt. *Deinde*, quod sine discrimine in Doctores & Auditores, in propagantes doctrinam, & credentes illi, sæviunt. Et *tandem*, quòd utrisq; pœnam justo graviorem præter meritum infligunt. Nam si maximè errent quidam, ob errorem mentis tamen, qui non ex malitia, sed imbecillitate judicii plerumq; oritur, nemo lucis hujus usurâ exui debebant. *Inter seductores & seductos. Ubi simul inducatur triplex iniquitas Papistarum.*

5. Aliud est error vel *hæresis simplex*; & aliud est *error cum manifesta blasphemia & seditione conjunctus*. De hæreticis seditiosis & manifestè blasphemis hîc non agimus, quippe quos ob seditionẽ motam, & blasphemiam in Deum eructatam, capitaliter puniri posse non inficiamur; *De sola*, nudaque hæresi sermo noster est, Num aliquis pro-

Hæresin simplicem fovens propterea non est puniendus capitaliter

pter illam, sive tantùm privatim teneat, sive publice [illegible] cio capitali affici, vitâque privari possit & debeat? Po[illegible] *mant*, & quotidianâ praxi illud ipsum co[illegible]; unde [illegible] *tores* quàm *Doctores* nuncupari possunt; quippe, [illegible] vaginâ; non gladio oris, sed ore gladii; non lingua, [illegible] verbo, sed verbere; non argumentis, sed ar[illegible]amentis [illegible], sed lacertis; non atramento, sed ferramento, [illegible] dos & extirpandos esse clamitant, ut ita Papa [illegible] & [illegible] Judex controversiarum, non eas tantum in[illegible]ens; sed [illegible] vertentes occîdens, Nicht nur Richter/Sondern auch Scharff-Richter. Nos verò *negativam* eligimus, & eandem seque[illegible] argumentis roboratam damus.

Quod probamus 1. A vaticiniis Propheticis de propagatione Evangelii mansueta, Ut Esa. 2. v. 4.

I. A suavi ratione, quâ in Scripturis docetur, Ecclesiam Christianam regi oportere; *velà* vaticiniis Propheticis de propagatione Evangelii absque cæde & sanguine futura. Talia leguntur 1. Esa. 2. v. 4. *Judicabit Messias inter gentes, & arguet populos multos, & convertent gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces, non levabit gens contra gentem gladium suum, & non discent ultrà bellum.* Idem repetitur *Mich. 3. v. 3.* quæ vaticinia non [illegible]ntaxat prædicunt concordiam Christianorum, sive ex Judæis sint, sive ex gentibus; sed unà *modum propagandi Evangelium*, nimirum ab omni profusione sanguinis alienum, quia Messias dicitur judicaturus sine gladio & lanceâ: atque sic oppositio innuitur inter *Vetus & Novum* Testamentum, quia *ibi* vi externâ religio propagabatur per excisionem gentium Cananæarum, & occisionem Pseudoprophetarum; cujus contrarium in Novo Testamento futurum Esaias pronunciat.

Hinc argumentamur: (1.) *Si Christus in Ecclesia* judicat sine gladio & lanceâ, sequitur, hæreticos non esse gladio interficiendos, aliàs judicium Christi non foret absque gladio. *Sed* verum est antecedens; vi allegati testimonii. *Ergò* & consequens.

2. *In quo* Vetus Testamentum opponitur Novo, illud non competit Testamento Novo; *Sed* Vetus opponitur Novo quoad propagationem doctrinæ & punitionem hæreticorum per effusionem sanguinis. *Quare* hoc ipsum non conveniet Novo, ac per consequens neque doctrina Evangelii per vim propagari, neque hæretici capitaliter puniri debent.

Bellarmi-

Bellarminus lib. 3. de Laicis, cap. 22. col. 689. dupliciter excipit: primò: *Non esse istud vaticinium ad propositum*: *Nam, ait, ut B. Hieronymus exponit, describit Propheta tempus adventus Messiæ, ac dicit futurum tempus altissimæ pacis, ita ut homines convertant instrumenta militia in instrumentum agriculturæ, & non exerceantur ulterâ, id est, in longum tempus ad prælium; hoc autem tempus impletum est in Christi nativitate, nunquam enim fuit tàm generalis, & tàm diuturna pax in toto orbe, quàm tempore Augusti.*

Magistratu.

Ad quod frustrà Bellarminus excipit.

Respon. Imò vaticinium Esaiæ non tàm de tempore Nativitatis Christi, quo plena erat pax politica in Romano Imperio, quàm de tempore vocationis gentium agit, quippe quæ vers. 2. his verbis describitur: *Erit in novissimis diebus, firmus fiet mons Domini, &c. & fluent ad eum omnes gentes.* Universalis autem gentium vocatio non cæpit tempore Nativitatis Christi, sed post exitum Apostolorum in universum mundum, quo tempore pax politica satis turbata fuit, ideoque potius de pace spirituali, & modo propagandi Evangelium textus iste intelligi debet. Ea enim pax notatur, quæ ex Christi judicio & doctrina erat dimanatura, quia dicitur: *Arguet populos, & convertent gladios in vomeres*; hoc est, Doctrina Christi faciet homines concordes, pacificos, mansuetos, neque lanceâ vel gladio propagabitur Evangelium, aut punientur, qui dissentinut.

Deinde ita excipit col. 690. A. *Si verum est, nunquam futura in Ecclesia bella, ut Lutherus ex hoc loco deducit, manifestum erit, apud Lutheranos non esse Ecclesiam, qui & inter se, & contra Catholicos gravissima bella moverunt, quale fuit illud contra Carolum V. in quo captus fuit Dux Saxoniæ & Landgravius.*

Resp. Injuriam Luthero facit Bellarminus, quasi ex hoc illo vaticinio concludere voluisset: nunquam futura esse in Ecclesia bella. Contrarium ipse statuit, & hoc tantùm colligit, quod Evangelium propagandum sit non per ferrum, sed per verbum, quia Christus sine gladio & lanceâ inter gentes judicaturus dicitur.

Quod bella concernit, distingui debet inter *offensiva* & *defensiva* bella, quorum *illa* religionis propagandæ causâ non suscipienda sunt; *hæc* autem religionis defendendæ gratiâ, ut etiam ob alias causas justas, geri bonâ conscientiâ possunt.

Esa. 11. v. 4. 2. Esaiæ 11. v. 4. *Percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium.* Qui locus [illegible] propagationem doctrinæ Evangelicæ, non ferro, sed verbo [illegible] endam esse, quod patet ex dicto parallelo, *2. Thessal. 2. v. 8.* [illegible] spiritualis interfectio ad Antichristum accommodatur, [illegible] gladio Anti-Christus occidendus; eodem alii quoque [illegible] tollendi. *Sed* Antichristus occidendus est gladio oris & [illegible] est, verbo divino. *Ergò* similiter alii quoq; hæretici [illegible]

Sin excipiant, *ab inclusivâ ad exclusivam non valere con[illegible]am, quia hæretici possint tum refutari gladio oris; tum interfici [illegible]*

Respondeo, in hoc ipso principium peti. Nos spiritualiter vel verbo hæreticos esse tollendos ex Scriptura probamus: Si cum [illegible] simul conjungendam esse corporalem interfectionem, ob[illegible] lint adversarii, hoc ipsum ex Scriptura itidem probent, quod [illegible] præstare nequeant, dictum illud meritò exclusivè intell[illegible]imus.

Esa. 11. v. 6. & seqq. 3. Esaiæ 11. vers. 6. *Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit*, vers. 7. *Vitulus, & Leo, & ovis simul morabuntur*, &c. vers. 9. *Non nocebunt, & non occident, in universo monte sancto meo, quia repleta est terra scientiâ Domini*: Repetuntur hæc *cap. 65. v. 25.* & simile

Zach. 9. v. 10. dictum habetur Zach. 9. vers. 10. *Disperdam quadrigam ex Ephraim, & equum de Jerusalem, & dissipabitur arcus belli; & loquetur pacem gentibus*: quæ cuncta vicissim indicant, quòd modus Evangelium docendi in Novo Testamento sit pacificus & tranquillus, ut animis ad illud suscipiendum nemo sit cogendus, nec dissentientes gladio [illegible] interficiendi.

Ad locum *Esa. 11.* excipit Bellarminus lib. 3. de Laicis, cap. 22. col. 690. B. *Argumentum hoc est contra ipsum Lutherum; Nam non dicit Propheta, quòd Catholici non occident, & non nocebunt Catholicis; Loquitur enim Propheta de leonibus, & ursis, & serpentibus, regulis, aliisq; venenatis bestiis, de quibus dixerat:* Et delectabitur infans ab ubere super foramine aspidis, & in caverna reguli mittet manum suam, &c. *His autem bestiis Diabolus, & hæretici ejus ministri, significantur, ut Hieronymus & Cyrillus exponunt: ac dicit, quod non occident, neque nocebunt in omni Ecclesia; tametsi enim hæretici videntur Ecclesiæ nocere, tamen revera non nocent, sed eam exercent, & in sapientia ac patientia proficere faciunt.*

Resp.

Resp. Esa. innuit, quòd venenatæ bestiæ cum orthodoxis prorsus concorditer sint victuræ. Inter hæreticos autem & Orthodoxos tota-lis concordia non est spetanda 1.*Corinth.* 11.*v.*19. Ergo hæretici per venenatas bestias non denotantur; sed potius *gentiles*, omnesq; homines, quales sunt ante vocationem & conversionem ad Christi regnum, sensusque est, illos, qui Deo quondam displicuerunt, & Ecclesiam bestiali odio persecuti sunt, ad agnitionem Christi per Evangelium adductos, pacificè victuros, & ab effusione sanguinis sibi temperaturos esse. Qui ergo cædem & sanguinem spirant, ii à spiritu & indole Novi Testamenti penitus recedunt.

II. A doctrina & praxi Salvatoris. *Quem modum* agendi cum hæreticis Christus nunquam præscripsit, sed improbavit, ille ex Ecclesia meritò relegari debet. *Sed* modum agendi cum hæreticis per supplicia capitalia, Christus nunquam præscripsit; sed improbavit. *Ergo* modus agendi cum hæreticis per supplicia capitalia ex Ecclesia relegari debet. *Minoris* membrum est *geminum*.

2. A doctrina & praxi, Quē modum agendi cum hæreticis per supplicia capitalia Christus non præscripsit.

Primum negativum, quòd non præscripserit Christus illum cum hæreticis per capitales pœnas agendi modum, id quòd à nemine potest negari. Flagravit quidem ardentissimo zelo gloriæ Dei & veritatis cœlestis; scribas heterodoxos nominavit filios gehennæ, *Matth.* 23. *v.* 13. & diaboli, *Joh.* 8. *v.* 44. nullum tamen mandatum dedit, vel tantùm insinuavit, hæreticos esse occidendos, nec ipse talem pœnam Pharisæis & Pseudoprophetis, licèt benè potuerit, unquam imposuit. Jam si voluisset hæreticos occidi, certè de re tanta, salutem Ecclesiæ vel maximè concernente, non tacuisset, ad minimum aliquod hujus rei exemplum nobis reliquisset. Jussit quidem, ut caveamus à Pseudoprophetis, *Matth.* 7. *v.* 15. & fermento falsæ doctrinæ, *Matth.* 16. *v.* 6. 12. sed non jussit, ipsos Pseudoprophetas interfici. Verbum commendavit discipulis suis, non ferrum, *Matth.* 28. *v.* 19 & civitates, quæ Evangelium recusant suscipere, mandavit deseri, non deleri, *Matth.* 10. *v.* 14. Quum etiam discipuli complures offensi concione Christi, ab eo discederent, reliquis dixit Joh. 6. v 67. *Nunquid & vos vultis abire?* Unde patet, quòd neminem ad credendum coegerit, nec gladium in diversæ religionis sectatores strinxerit: quod exemplum omnes Christianos imitari convenit.

Bellarminus excipit in genere col. 690. C. Christum quidem non præcepisse, sed nec prohibuisse, ut comburerentur hæretici, ac proinde

inde nihil inde posse deduci. *Et hac*, ait, *esi solutio*, *qua* [illegible] *Lutherus uti consuevit*; *nam lib.* 2. contra Carolstadium, [illegible] *roloстadio*, *cur vocaret Sacramenta*, *quæ Christus non præ*[illegible] *tari*; *respondit* Lutherus: & quare tu prohi[illegible] es ea vocari Sa[illegible], quæ Christus non prohibuit vocari? *Præterea Christ*[illegible] *& Pa*[illegible] *quam jubent adulteros*, *& falsarios occidi*, *suspendi fures*, [illegible] *trones*, *& tamen id fieri*, *& rectè fieri*, *neque Luth*[illegible] *gare* [illegible].

Resp. 1. Dissimilitudo magna est in exemplis. [illegible] quidem [illegible] ratio rerum necessariarum, vel articulorum fidei. Q[illegible] ad res *in*[illegible] *rentes*, à defectu præcepti ad improbationem rei non [illegible] argumentari, quoniam adiaphora sunt res tales, quæ nec præceptæ nec prohibitæ. Et hinc Lutherus contra Carolstadium rectè ursit hoc, *Christum non prohibuisse vocem Sacramenti*; ideoque nos il[illegible] à liberè uti posse, quum sit ἀδιάφορον: Sed quoad *res necessarias*, & artic[illegible] os fidei à defectu præcepti vel verbi divini ad improbationem rei bene li[illegible] argumentari. Quod enim à Christô & Apostolis non est propositum vel præceptum, id pro re necessaria vel fidei articulo venditari nequit, quum omnia necessaria sint ab iis in Scripturis tradita; quò [illegible] canon veterum: *Quod Scriptura tacet*, *tacendo negat*, nimirum quoad necessaria fidei dogmata. Jam verò Papicolæ capitalem pœnam hæreticorum habent pro re necessaria, imò pro fidei articulo. Quare non immeritò Scripturam ab iis poscimus; & quia talem proferre nequeunt, nec ullum Christi præceptum vel exemplum ullibi extat; ab isto utique silentio & defectu mandati ad improbationem vel negationem rei & pœnæ capitalis rectissimè argumentamur. (2.) Instantia de suppliciis aliorum facinorosorum nulla est, quia f[illegible]ndant[illegible] *partim* in generali sententia Roman. 13. vers. 4. *Magistratus non gerit gladium frustrà*; *partim* in specialibus argumentis, quæ alibi proferuntur. *Si dicant*, gladium Magistratus etiam in hæreticos stringendum esse, principium petunt, & obstant argumenta nostra, quibus contrarium demonstratur firmiter.

2. Bellarminus excipit in specie ad Christi factum & dictum Joh. 6. v. 67. col. 692. C. *negando consequentiam*, Primò, *quia illi* (*discipuli*) *non obligaverant se ad manendum*, *sicut hæretici se per baptismum obligaverunt*. Secundò, *quia decebat*, *ut Christus*, *qui venerat judicare*, *non per se suas injurias ulcisceretur*, *sed eas vindicandas filiis suis spiritualibus relinqueret*, *cujus rei figuram habemus in David*; *quo*[illegible]

vixit, *nunquam occidi voluit Semei, qui sibi maledixerat; sed tamen in morte præcepit Salomoni, ut ipse peccatum illud non relinqueret inultum,* 3. *Regum.* 2.

Resp. (1) Quòd fidem semel professi, & ad eam obstricti, si resiliant, necari possint & debeant, à Papistis fingitur, non probatur, de quo infrà fusius. (2.) Falsum est, eos, qui deseruerunt Christum, sese non obligâsse. Erant enim Christum secuti, fidemque dederant ipsi, & procul dubio si non omnes; tamen aliqui ex iis à Johanne sunt baptizati, ad minimùm fuère omnes circumcisi, & sic ad sequendum Messiam, & ad manendum apud ipsum sese obligaverant. (3.) Ubi extat mandatum Ecclesiæ de hæreticis occidendis à Christo præscriptum, sicuti Rex David interfectionem Semei mandavit Salamoni? Et cur non Apostoli, primiq; Christiani mandato isti, si quod extaret, obsecuti sunt? Verùm executio tamdiu differenda fuit meritò, donec ex Episcopis Romanis fierent Papæ, hoc est, tyranni & carnifices maximi.

SECUNDUM minoris membrum est *affirmativum*, nempè quòd Christus improbârit modum agendi cum hæreticis per capitales pœnas. Id verò probatum damus clarissimis duobus testimoniis. *Sed improbavit, uti patet Ex Matth. 13. v. 28.*

Primum habetur *Matth* 13. *vers.* 28. *Servi dixerunt Domino, Vis, imus, &c. colligimus zizania,* v. 29. *Et ait, Non, ne fortè colligentes zizania eradicetis simul cum eis & triticum,* v. 30. *ἄφετε, sinite utraq; crescere usq; ad messem.* Notetur hîc; *Quòd* Christus noluerit zizania eradicari violentè; sed præceperit, ut sinamus ea crescere. Nam Aoristus secundus ἄφετε non est Indicavi, sed Imperativi modi, ut totus indicat contextus, & adversarii non negant. (2.) *Quòd* addatur præcepti *ratio*, ne eradicando zizania, simul eradicetur triticum. (3.) *Quòd* per servos, qui prohibentur eradicare zizania, non intelligantur Angeli, ut placet *Celso & Bezæ*, l. de puniendis hæreticis, pag. 131. *quia* servi illi dicuntur ignorâsse, diabolum tritico immiscuisse zizania, v. 27. quod de Angelis non est asserendum, & *quia* servi à messoribus, apertè distinguuntur, *v.* 29. 30. nec tantùm ut genus à specie, quasi omnes Angeli sint servi, non autem omnes sint messores, quod *Beza* vult, (siquidem omnes Angeli cum Christo venturi sunt in ultimâ messe, *Matth.* 25. *v.* 31.) sed Apostoli & doctores Ecclesiæ, simulque Magistratus pii, quia Salvator in genere de servis loquitur, in quorum numero etiam Magistratus est, qui propterea Dei minister dicitur, *Rom.* 13. *v.* 4.

 4. Quod

4. Quòd servi illi quærant non de e[illegible] adicatione [illegible] versali Ecclesiæ repurgatione, qua[illegible]is ultimo die futur[illegible] opus & onus impar fuisset ipsorum humeris; sed de [illegible] a zizaniorum evulsione,

5. Quòd per *agrum* intelligatur propriè Ecclesia [illegible] qua sola spargitur incorruptibile semen verbi divini, [illegible] verò à loco, in quo colligitur, mundus d[illegible]itur, [illegible] degit, & inter omnes mundi nationes conservat[illegible]. N[illegible] gnum cœlorum sunt synonyma, *v. 24.* Jam verò per [illegible] rum non intelligitur systema mundi, vel omnes h[illegible] Ecclesia. Quare per agrum eadem debet accipi, [illegible] quòd ager dicatur *mundus*, siquidem synecdochicè [illegible] tur pro Ecclesia, in toto mundo collecta Hinc *St[illegible]* in Relect. controv. 2. quæst. 5. art 3. p 291. *Quum dic[illegible], Agrum [illegible] nomine mundi intelligi potest Ecclesia, per totum mundum [illegible] Augustinus hunc locum sæpissimè exponit.*

6. Quòd per *zizania* cumprimis intelligantur [illegible] probatur (1.) *per oppositionem.* Nam per semen bonum intell[illegible] doctrina verbi, *Matth. 13 v. 19 Marci 4. v. 15 Luc. 8 v.* [illegible] filii regni *v. 38.* amplectuntur. Ergo per [illegible]ania bono [illegible] o[illegible] ta, intelliguntur falsæ doctrinæ vel hæreses, q[illegible] c[illegible] sita sive contraria est ratio. (2.) per *scopum.* D[illegible] Salvator, quæ non nisi in agro Domini in Ecclesia r[illegible] pe[illegible] [illegible]n- cia verò facinora etiam in regnis terrenis conspiciu[illegible]. In [illegible] tem regno cœlorum, vel Ecclesia surgunt hæreses, q[illegible]a cr[illegible] hæ- reticum oportet esse in Ecclesia, licèt non sit de Ecclesia. Si e[illegible] tra esset, infidelis foret, non hæreticus; U[illegible] p[illegible] non nisi in agro Domini seminata, primò intel[illegible]gi [illegible] *naturam zizaniorum*, cum quibus doctrina hære[illegible] ratur. *Propter externam speciem;* Nam ziz[illegible]nia tritico per[illegible] ad esum nihil conferant, sæpè tamen ob flores suos a[illegible] pulchra sunt. Unde nonnulli derivant à [illegible] quod fl[illegible]rem n[illegible] he[illegible] floridam. Sic hæretici induunt veritatis & sanctitat[illegible] interim nullius usus sint, sed multa potius nocument[illegible] *Pro- pter admixtionem.* Zizanium amat triticum, illiq; [illegible] Unde zizanium dictum putant quasi σιτιζάνιον, quia τῷ σίτῳ [illegible] νεται, tritico semper annascitur: Sic hæretici semper se [illegible]

Magistratu.

...licent, & pro illorum sociis haberi volunt. *Propter vim nocendi.* ...nia corrumpunt & suffocant triticum. Unde quidam dictum pu-...ant quasi σιτώνιον παρὰ τὸ τὸν σῖτον σίνειν, ἢ βλάπτειν, quia tritico, ceu pe-...is nocet, vel quia est ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα, hoc est, φθαίρα, seu corru-...o tritici; Sic filii nequam, hæretici, pestes sunt Ecclesiæ, illiq; plu-...mum damni inferunt. *Ob corruptionem* cibi. Nam zizanium farinæ ...ixtum, vertiginem & vomitum parit vescentibus: Sic doctrina im-...pia vertiginosos facit homines, nauseamque ipsi Christo excitat, ...qui propterea minatur, se tales evomere velle *Apocal.3.v.16.* Denique ...*brationem nominis.* Ut enim zizanium est nomen heteroclitum; quia ...næ & secundæ declinationis est; Sic hæretici heteroclita sunt ca-...ua, & nil nisi turbas excitant & seditiones. Ob hanc conformitatem ...ei zizania, meritò intelliguntur hæreses & hæretici, quum contrà ...celerati paleis conferri soleant, *Psal.1.v.4. Matth.3.v.12.* quæ facilè a-...gnoscuntur, & à tritico absque negotio separari possunt. (4.) *Per de-ductionem ad absurdũ.* Si per zizania facinorosi & turbatores pacis pu-blicæ notarentur, non liceret Magistratui eos è medio tollere, quia paterfamiliâs absolutè prohibet zizania eradicare, sine omni inter zi-zania distinctione. Sed consequens est absurdum, *Rom.13.v.4.* Ergo & antecedens. (5.) A *consensu Patrum*, ut *Hieronymi, Augustini, Chrysosto-mi, Euthymii*; & adversariorum, ut *Lyrani, Jansenii, Stapletoni, Becani*, qui omnes per zizania in hac parabola solos intelligunt hæreticos.

Quibus ita explicatis, geminum formamus argumentum. *Ex quo dicto geminũ formatur argumentum.*

Primum desumitur *ex ipsa Christi prohibitione*: Quicunq; prohi-bentur in hac vita evelli, & quorum omnimoda separatio ab Ecclesia, non nisi ab Angelis in extremo die suscipienda est, ii non sunt violentè tollendi è medio. *Sed* hæretici, per zizania significati, prohibentur in hac vita evelli, & eorum omnimoda separatio ab Ecclesiâ, non nisi ab Angelis in extremo die suscipienda est. *Ergo* hæretici nõ sunt violentè tollendi è medio.

Secundum petitur *à prohibitionis ratione*, vers.29. *ne eradicetis cum iis simul & triticum.* *Jam* quicquid cum periculo tritici seu salutaris doctrinæ conjunctum est; id non debet ab homine Christiano susci-pi; *Sed* evulsio vel interfectio hæreticorum cum periculo tritici seu salutaris doctrinæ conjuncta est. *Ergo* ab homine Christiano suscipi non debet. Pro *minoris* illustratione notentur hæc Patrum dicta. *Hi-eronymus* in cap.13. Matth. *Monemur, ne citò amputemus fratrem, quia*

 fieri

fieri potest, ut ille, qui hodiè noxio depravatus est dogmate, ... fiat, & defendere incipiat veritatem. Chrysostom. hom. 13. Matth. *Dominus prohibet eradicare zizania, ne fortè simul cum eis herbam tritici etiam evellant; quod dicebat, ut bella & sanguinis prohiberet. Nam si trucidarentur haeretici, atrox & inexstinguibile bellum orbi inferretur. Duabus igitur rationibus prohibet. Altera, quia frumentis parum nocerent; Altera, quia ... extrema supplicia non evaderent. Quare si & puniri eos vultis, & fructus nequaquam officere, oportunitas temporis congrua vobis expectanda est. Quid autem est, quod ait,* ne eradicetis simul cum eis & triticum? *Certè, aut quia si arma capietis, inquit, necesse est, quum haereticos occidatis, multos sanctorum simul interimere, aut quia ab ipsis zizaniis verisimile est multos in triticum convertendos. Si ergo praevenientes evellatis, ea frumenta deperibunt, quae à commutatis zizaniis provenient. Non prohibet autem Conciliabula haereticorum dissipare, ora obstruere, libertatem loquendi non concedere, verùm interficere ac trucidare.*

Et diluuntur 3. exceptiones Romanensium. Excipit Bellarminus t. Col.691. D. *Nomine zizaniorum non intelliguntur soli haeretici, sed omnes homines mali, ut patet ex ipsa Domini explicatione. Ait enim:* Bonum semen, filii sunt regni, zizania filii nequam. *Et infrà:* Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur; Sic erit in consummatione seculi: Mittet filius hominis Angelos suos, & colligent de regno ejus omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis.

Resp. 1. Modò argumentis quinq; ostendimus, per zizania fuisse directè & primò notari haereticos, ad quae Pontificii prius respondeant. 2. Quod attinet *v.38.* ubi zizania dicuntur filii *nequam*, concedo equidem, cunctos impios esse filios nequam; in specie tamen, & κατ' ἐξοχὴν haeretici sunt filii τοῦ πονηροῦ, non secus atq; Pharisaei specialiter dicuntur generatio viperarum, *Matth.3 v.7.* prava & adultera. *Matth. 12.v 39 c.16.v.4.* Nam propositio indefinita, quandoq; universaliter de certa & determinata specie explicanda est. Ita hîc dubitare quis potest, an per *filios nequam seu diaboli* omnes omninò mali, an verò certa ipsorum classis, nimirum haeretici debeant intelligi, quod posterius nos asserimus, & suprà demonstravimus. 3. In *v.31.* agitur de officio Angelorum, in die novissimo circa zizania, ideoq; Christus quâdam excursione usus, non solùm zizania εἰδικῶς sic dicta vel haereticos, de quibus egimus in praecedentibus; sed unà omnes impios ab Angelis colligendos, inq; infernum projiciendos esse innuit.

Exci-

Excipit 2. col. 692. A. *Quum prohibet Dominus extirpari malos, non prohibet, ne iste aut ille occidatur; sed prohibet, ne boni conentur omnes malos ubique extirpare, & nullum omninò permittere, id enim fieri non posset sine ingenti clade bonorum, & hoc est quod Dominus ait, ne fortè cũ eis eradicetis simul & triticum. Itaq; parabola generalis est, & solùm docet nunquam futurum ante mundi consummationem, ut omnes mali eradicentur. Quum autem in particulari quaestio est vel de hæreticis, vel de furibus, vel de aliis malis;* An sint extirpandi? *Semper considerandum est, juxta rationem Domini; an id possit fieri sine detrimento bonorum; & si quidem potest fieri, sunt procul dubio extirpandi: Si autem non potest, quia vel non sunt satis noti, & periculum est, ne plectantur innocentes, pro nocentibus, vel sunt fortiores nobis, & periculum est, ne si eos bello aggrediamur, plures ex nobis cadant, quàm ex illis, tunc quiescendum est. Ita respondet* Augustinus lib. 3. contra Epistolam Parmen. c. 2. *hunc locum explicans sibi à Donatistis objectum. Neque aliud* Chrysostomus *docet, ut patet ex his verbis:* Dominus, *inquit*, prohibet evelli zizania, ne fortè simul cum zizaniis herbam etiam tritici evellant; nam si tunc trucidarentur hæretici, atrox & irreconciliabile bellum orbi inferretur.

Resp. 1. In genere de zizaniis dicitur, *Non eradicetis.* Prohibemur ergo & hæc & illa zizania extirpare, quia genus complectitur suas species, & species sua individua. Textus etiam non continet prædictionem futuri eventus, sed prohibitionem præsentis actus. Non dicitur: *Frustrà tentabitis eradicationem*, sed, *Non eradicetis.* Et hoc ipsum servis planè adimitur, solisq; messoribus sive Angelis committitur, adeoq; tempus eradicationis nō præsens vita; sed messis futura definitur, vel dies extremi judicii. Prohibitio igitur Christi est absoluta & universalis, quam tamen Bellarminus contra scopum & contextum restringit, ac si eradicatio in certis quibusdam casibus locum haberet. 2. Conatus servorum non fuit universalis, & illimitatus, quasi voluerint omnia zizania in omnibus agris simul extirpare; sed loquuntur de particulari agro, qui ipsis ut servis colendus erat commissus: Unde colligo, de paticulari etiam Ecclesia hunc textum primò intelligendum esse, & sic non de omnibus, ubiq; degentibus; sed de quibusdam in aliqua Ecclesia exortis hæreticis, quos extirpari posse, nullum est dubium: Et nihilominus hoc fieri, Christus prohibuit. 3. Si non sunt interficiendi hæretici, quando adest periculum tritici vel bono-

 rum,

rum, sequitur, nullos hæreticos esse interficiendos, liquidò [illegible] lum semper iminet, quia fieri potest, ut simul eradicetur [illegible] est, partim innocentes; partim hæretici tales, qui juxta exempl[illegible] *stini* primùm Manichæi, aliquando possunt converti. Sed [illegible] tecedens, juxta Bellarmini concessionem. Verum igitur er[illegible] & sequens. Ex quo ulterius apparet, verba illa (*ne fortè eradicetis tr[illegible] cum*) non continere prohibitionis limitationem, ac si eo [illegible] casu non eradicari debeant zizania, quum tritico periculu[illegible] sed prohibitionis potius rationem, quæ quum generalis sit, i[illegible] que interdictum generale esse consequitur. Quâ occasione [illegible] tetur discrimen inter *alia flagitia & hæreses. Illorum* fœditas pate[illegible] innato rationis lumine, & proprio conscientiæ testimonio [illegible] cinorosi ante pœnam ad eorum agnitionem, & veram conver[illegible] perduci facilius possunt, ut propterea executio pœnæ differri [illegible] beat, quò sua flagitia sequenti tempore agnoscant facinorosi, & resi-piscant, quum statim illa agnoscere possint, & à conscientia propria convincantur: *Hereses* verò & errores ita facilè non inn[illegible] sed intellectus plerumq; sic excæcatur, ut quod falsũ est in articulis fidei, habeatur pro verô, & ob istam præconceptam veri opinionem, [illegible] ticus mortẽ citius subeat, quàm ut hæresin occultet, qui si protinus [illegible] terficiatur, tum agnitioni hæreseωs & consequenter veræ conver[illegible] ni ansa præripitur, bonumq; frumentum, quod cum tempore po-tuisset succrescere, cum damno eradicatur. Adde, quod hæresis, q[illegible] tenus talis, delictum spirituale est, ac propterea spirituali gladio, vel divino verbo feriri & præscindi debet: Sed alia flagitia turbant simul civilem ac politicam societatem, undę capitalibus etiam pœnis in ea rectè animadvertitur. 4. Ineptum est, Christum hoc tantùm innuere, abstinendum esse ab hæreticorũ eradicatione, si fortiores sint, & abs-que periculo extirpari nequeant. Nihil n. tale in textu, & naturalis ra-tio id dictitat, ut peculiari consilio minimè opus fuerit.

Neq; sermo est de tali eradicatione tritici, quæ fit per zizania vel hæreticos arma capientes contra nos, sed quæ fit per servos ipsos, qui si eradicarent zizania, simul eradicaturi essent ipsum triticum. Elucet autẽ inde animus Pontificiorũ, qui vellent lubenter omnes Papæ do-minium non agnoscentes, (hos n. pro hæreticis habent indiscretè) statim interficere, nisi metuerent ipsos esse fortiores. Vanæ igitur sunt ip[illegible]ũ promissiones de libertate religionis: Nec quicquã nos juvabunt am-plius, quàm primũ se virib. superiores esse Papicolæ sentient.

Excipi-

Excipiunt alii 3. *Prohibitionem illam obstringere tantum servos Christi, hoc est, Apostolos & ministros Ecclesiæ, non autem Magistratum, qui gladio suo uti, & eodem hæreticos extirpare posse.*

Resp. Suprà ostendimus, quòd de servis in genere agat Dominus, è quorum numero non est excludendus Magistratus, qui Dei minister disertè dicitur *Rom.13.v.4.* Deinde ratio generalis est, *ne unà eradicetur triticum,* quod fieri tum etiam potest, si Magistratus gladium in hæreticos stringat. Præterea tempus eradicationis statuitur non præsens seculum; sed futurum, vel dies messis, illudq; opus in totum adimitur hominibus, & committitur solis Angelis vel messoribus, ideòq; tempus à Deo definitum antevertunt, & alieni muneris partes invadunt, quicunq; in vitâ hâc hæreticos occidunt.

Secundum extat *Luc.9.v.54.* Petierat Christus per discipulos hospitium à Samaritanis, *v.51.* sed recipere illum nolebant, *quia facies ejus erat proficiscens in Jerusalem,* v.53. hoc est, quia ipsum cum suis comitibus Hierosolymam ire animadvertebant. Mutuum verò erat odium inter Hierosolymitanos & Samaritanos propter diversitatem religionis, *Joh.4.v.9.* Jacobus autem & Johannes, indignitate rei commori, ex Christo quærunt, v.54. *Domine, vis dicamus, ut ignis descendat de cœlo, & consumat illos, quemadmodum & Elias fecit?* Sed Christus conversus, increpavit illos, dicens: *Nescitis, cujus Spiritus vos estis?* v.55. *Filius hominis non venit animas perdere, sed salvare,* v.56. Hinc geminum formamus argumentum. Et deinde ex Luc.9. v. 54.

Alterum categoricum: *Quicunq;* discipulos suos à rigore Veteris Testamenti, & exemplo Eliæ, revocat ad mansuetudinē Spiritus Evangelici, & N. T. prohibetq; Samaritanos ob diversitatē religionis igne cælitùs delapso consumi, ille innuit, quòd cū Spiritus Evangelici mansuetudine pugnet, hæreticos interficere; quòd etiā ex praxi V.T. non sit inferēdū, hæreticos in N.T. esse occidendos, clareq; prohibet capitalia eorū supplicia, quæ cōsequentia *partim* in oppositione utriusq; Testamenti; *partim* in conformitate Samaritanorū & hæreticorū firmissimè fundatur. *Atqui* Christus id omne fecit: *Ergo* innuit, quòd cū Spiritus Evangelici mansuetudine pugnet, hæreticos interficere; quòd etiā ex praxi V.T. non sit inferendum, hæreticos in Novo Testamento esse occidendos, clareque prohibuit capitalia eorum supplicia.

Alterum est hypotheticum: *Si Christus* ideò noluit Samaritanos igne cœlesti perdi à discipulis, quia erant discipuli ejus, qui venerat non ad

non ad perdendum, sed ad salvandum animas, sequitur, [illegible] non esse occidendos hæreticos. Verum est antecedens; [illegible] & [illegible] sequens. *Probatur consequentia*; *tum* quoniam hæretic[illegible] sunt similes, quippe non minus ac illi in articulis fidei er[illegible] latam Christi gratiam respuentes; *tum* quia & alii Christiani [illegible] discipuli ejus, qui venit ad salvandum, non perdendum an[illegible].

Quòd dictum simul vindicatur ab exceptionibus Papisticis.

Excipit *Bellarminus* lib.3. de Laicis, cap. 22. col. 691. C. [illegible] ait *latissima differentia est inter Samaritas illos, & hæreticos. Illi enim nunquam promiserant se Christi religionem servaturos, ica tunc primum [illegible] offerebatur, & ideò compellendi non erant: at hæretici prom[illegible] professique sunt, se Christi fidem servaturos, ideoque meritò compelluntur.*

Resp. 1. Samaritani, qui ad regnum Israelis pertine[illegible], in circumcisione, quam procul dubio retinuerunt, (quum Jacobum [illegible] suo parte agnoverint, *Joh 4 v.* 12. & per verum Sacerd[illegible] fint, *2. Reg.* 17. *v.* 28.) similiter pollitici sunt, se Messiam [illegible], & veram religionem conservaturos esse, nec tamen illos è [illegible] permittere voluit Salvator. 2. Discrimen inter *primum conv[illegible]* & *conversos* fidemque professos, quòd *hi* necari; *illi* verò non necari debeant, à Papistis fingitur, ex Scriptura verò & solidis rationibus probari nequit. Spiritus Novi Testementi unus est, & sib. semper similis; qui gladio spirituali, non corporali fines Ecclesiæ semper propagat; Ratio Christi generalis est, quâ obstringimur ad mansuetè agendum non minus cum errantibus conversis, quam convertendis. Nec sequitur: *Hi promiserunt*, se Christo fidem servaturos, nec servant. *Ergo* interficiendi sunt. Nam multi promiserunt etiam, se Christi præcepta servaturos, de modestia, temperantia, humilitate, nec tamen servant: Num autem propterea statim interficiendi sunt? *Non sequitur*, dicent, & tamen fortius hoc sequi videtur, quàm illud [illegible] moribus peccatur contra scientiam & conscientiam; hæretici verò errant ex imbecillitate, & præconcepta opinione, putantque [illegible] sua omninò servare religionem Christi, licèt fallantur. Repugnat insuper isti distinctioni parabola Christi *Luc.* 14. Ex verbis vers. 23. *Compelle intrare*, volunt colligere, quòd fidem Christianam semel prof[illegible], ad eandem sint violentè cogendi. At verò Salvator in ista parabola per *compellendos*, intelligit non professos fidem anteà, sed gentiles in viis terræ hinc inde sedentes & quibus doctrina de regno cœlorum planè fuit incognita, illosque vult compelli; ubi si per

ἀνάγκα-

ἀναγκασμὸν, intelligas vim externam cum Papistis, sequitur, primùm convertendos ad fidem esse cogendos, cujus tamen contrarium Bellarminus hîc asserit. 3. Concedimus, quòd & gentiles & apostatæ fidem antea professi debeant compelli; sed per compulsum non violentum, sed verbalem & suasorium, nempè concionibus legalibus, comminatione pœnarum, & similibus. Gladius enim in hæreticos si stringitur, tum ad conversionem & fidem non compelluntur, sed prorsus è medio tolluntur, ut amplius converti & compelli nequeant.

Excipit præterea hunc in modum: *Jacobus & Johannes non tàm zelo salutis animarum, quàm amore vindictæ cupiebant Samaritas comburi, & ideò meritò arguuntur. Ecclesiæ verò zelo salutis animarum, quae hæretici pervertunt, eos persequitur, quò zelo ipse Christus bis flagello ejecit ex templo vendentes oves & boves:* Et mensas numulariorum subvertit, *Joan. 2. Matth. 21.* Petrus occidit Ananiam & Saphiram, *Actor. 5.* Paulus tradidit fornicarium Satanæ in interitum carnis *1. Corinth. 5.* ut omittam *Mosen, Phinees, Eliam, Matthathiam, & alios, qui zelo Dei plurimos occiderunt.*

Resp. 1. Apostoli non absolutè, sed cum conditione voluntatis Christi, nec temerario affectu, aut animo privatæ vindictæ cupido; sed pio affectu erga Christum, quem Samaritani nolebant recipere; nec impetu cœco & absque ratione, sed ad exemplum Eliæ, vindictam publicam & extraordinariam petierunt. Christus tamen consilium hoc ipsorum improbavit, argumento ducto, *partim* ex differentia Veteris & Novi Testamenti, quia Spiritus Evangelicus non permittat, ut ad modum praxeos antiquæ, & exemplum Eliæ interficiantur errantes: Unde non immeritò miramur, quòd Bellarminus zelum occidendi hæreticos in Novo Testamento, exemplo Eliæ palliet, id quod tamen alienum esse, Christus ipse indicat, & cui statum novi fœderis disertè opponit; *partim* ab incommodo, quia venerit ad salvandum, non ad perdendum: perirent autem per capitales pœnas multæ animæ, quæ postmodum aliquando in viâm reductæ, servari æternùm potuissent. 2. Verus zelus conversionem hominum quærit, non eversionem: Papistæ autem capitali supplicio evertunt plurimos, & conversionem ipsorum impediunt; magisq; tortores & carnifices, quàm doctores & zelotas agunt, ut ad eos etiam quadret hoc Poëtæ distichon:

Sæpè scelus cœli zelus velamine texit,
Relligio velum est, quod tegit, omne scelus.

Quod alios Christianos attinet, salus ipsorum, ne ab [illegible]
cantur, promoveri debet, non illegitimo crudelitatis in[illegible]
dio; sed aliis licitis concessisq; modis, qui sunt diligens præ[illegible]
hæreticorum depositio, incarceratio, expulsio, & si [illegible]
allegata, & Papistarum hæreticos occidentium facta prorsus [illegible]
milia, (1.) *quoad causam efficientem*, quia sancti illi à Spiritu Dei [illegible]
dum legem sunt excitati; sed Papistæ trahuntur à Spiritu [illegible],
Johan.8.vers.44. sine verbo Dei, & vera scientia. (2.) *quoad causam in-*
strumentalem, quia Christus usus est flagello non gladio: Petrus [illegible]
non ferro; Paulus clave ligante, non igne comburente, ut Pontifi[illegible]. Ait
quidem se incestuosum *tradidisse Satanæ in interitum carnis*, 1.Cor.5.v.5.
Sed capitale supplicium nequit intelligi, quia postmodum ad [illegible] pœni-
tentiâ in Ecclesiam receptus est à Corinthiis, *2.Cor.2.v.7.* (3.) *quoad cau-*
sam materialem vel objectum, quia Pontificii necant hæreticos, personæ
autem illæ capitaliter punitæ, quorum exempla citat Bellarminus, non
tam in doctrina errârunt, quàm in moribus peccârunt; flagitiosi fuere,
non hæretici. Christus n. flagellavit templi profanatores, ob emtionem
& venditionẽ illicitam: Petrus exitio tradidit mentientes Spiritui San-
cto; Paulus excommunicavit incestuosum, quæ exempla si trahenda in
imitationem, sequitur omnes profanatores templi & mendaces, & in-
cestuosos similiter à ministerio esse capitaliter puniendos. (4.) *quoad*
causam formalem. Nam modus actionis Christi, Petri & Pauli, fuit pla-
nè miraculosus & extraordinarius: Sed Romanenses sine miraculo, [illegible]
deli potius & communi spectaculo, comburunt & interficiunt omnes
eos, quicunq; Dei gloriã majoris æstimant, quàm Papæ. (5.) *quoad cau-*
sam finalem. Christus flagellavit profanatores templi, ut istud repurga-
retur; Pontificii fæviunt in Evangelicos, templum Dei repurgantes, ut
istud per idolomaniam Papisticam denuò profanetur. Petrus men-
tientes Spiritui Sancto punivit, ut alii abstinerent à tali peccato: Ponti-
ficii veriloquos Protestantes persequuntur, ut ipsis tutò & sine con-
tradicentibus mentiri liceat. Paulus excommunicavit incestuosum,
ut Spiritus ejus salvus esset in die Domini nostri Jesu Christi, *1.Corinth.*
5.v.5. Pontificii quosvis, vel leviter errantes, ad supplicia trahunt, ut
deinceps converti nequeant, adeoq; non quærunt ipsorum conversio-
nem, vel salutem spiritus; sed potius omnimodam eversionem.

3. A doctrina & praxi Apostolorum. III. A doctrina & praxi Apostolorum. Hi nullibi docent
hæreticos esse interficiendos, nec exemplum legitur, quòd aliquem ob
hære-

hæresin corporali gladio puniverint, vel ab aliis puniri voluerint. Ergò non sunt γνήσιοι Apostolorum successores & discipuli, qui istud docent & faciunt.

Antecedens ita illustramus & confirmamus: *Apostoli præscribentes* modum agendi cum hæreticis, hæc reliquerunt præcepta, (1.) Probandos esse Spiritus, nec facilè cuivis credendum, 1.Joh.4. v.1. *Nolite omni Spiritui credere, sed probate Spiritus, an ex Deo sint*, 1.Thess.5. v.21. *Omnia probate, quòd bonum est, tenete*, Eph. 4. v. 14. *Non simus parvuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinæ.* (2.) Vigilandum esse, ne vel nos ipsi, vel alii seducantur, Act.20. v.30. *Exsurgent viri loquentes perversa*, v.31. *propter quod vigilate*, Rō.16. v.17. *Rogo, ut observetis eos, qui dissensiones vel scandala excitant.* Phil.3.v.20. *Videte canes, videte malos operarios*, Heb.13.v.9. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* (3.) Refutandos, corripiendos, & graviter admonendos esse hæreticos. 2.Tim.4.v.2. *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*, v.3. Erit *enim tempus, quū sanam doctrinā non sustinebunt*, v.5. *Tu verò vigila*, Tit.2.v.9. *Episcopus sit potens exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere*, v.16. ἔλεγχε αὐτοὺς ἀποτόμως, *Increpa illos durè, ut sani sint in fide*: quo munere ἐλεγχτικῷ Paulus graviter perfunctus est in epistolis ad Romanos, Corinthios, Galatas, Philippenses, & Colossenses. Uti verò debitum zelum; ita simul aliquam requisivit in officio correptionis mansuetudinem, siquidem hæ duæ virtutes, *zelus & mansuetudo*, justo semper temperamento conjungi debent, ideoq; scribit 2. Timoth.2. v. 24. *Servum Domini non oportet μάχεσθαι, litigare, sed mansuetum esse ad omnes.* v.25. *Cum modestia corripientem τοὺς ἀντιδιατιθεμένους, eos, qui resistunt, si quando det illis Deus pœnitentiam ad cognoscendam veritatem*, v.26. *Et resipiscant à diaboli laqueis, à quo capti tenentur ad ipsius voluntatem.* (4.) Excommunicandos, vel communione privandos, omniaq; illorum colloquia & consortia fugienda esse. Exemplum excommunicationis habemus in *Hymenæo & Alexandro*, qui circa fidē naufragium fecêre, quos Paulus propterea non interfici voluit, sed Satanæ tradidit, 1.Tim.1.v.20. quâ phrasi excommunicationē innui, patet ex *1.Cor.5. v 5.* Præcepta de fugiendis hæreticis leguntur passim, 1.Cor.5.v.10. *Cum idololatris ne commisceamini*, v.11. *Si quis inter vos nominatur frater, & est idololatra, cum eo nec cibum capite.* 1.Tim.6.v.5 *Sejunge te à talibus*, quia nempe non *acquiescunt sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi*, ut v.3. habetur. Tit.3. v. 10. *Hæreticum hominem post unam atq; alteram admonitionem devita*, quod

non est intelligendum per divisionis fallaciam *de vita* ... *Thomas* 2. 2. quæst. 11. art. 3. ex eo loco hæreticos non ... sed interficiendos, inepte colligit, sed παραιτοῦ est in ... *declina ab illis*; quod præceptum non adeo observant Pon... hæreticum vix admonitum, minimè convictum, protinus ... trahunt, adeò quidem, ut post latam sententiam non sit liber... pœna, si vel maximè ab errore discedat, *cap. ad abolendam* ... quum tamen is, qui ad fidem revertitur, hæreticus esse de... *xit, 24. quæst. 3. Clemen. un. §. penult. l. 1. §. porrò. C. de Summ.* ... senbecius *in paratit. C. de Apost. in fin.* Valdè autem absurd... *larminus*, qui lib. 3. de Laicis, cap. 22. col. 693. C. ad antiquos ... Codices, in quibus legatur, *Post unam correptionem de vita* ... quum ... à Vulgata versione in Concilio Tridentino canonizata, non ... cedere. Johannes, epist. 2. v. 10. *Si quis venit ad vos, & non affert ... doctrinam, nolite eum recipere in domum, nec ave illi dixeritis.* v. 11. *Qui enim dicit illi ave, communicat operibus ejus malignis.* Unde sic colligo: *Quos Apostoli* jubent primùm modestè corripi, ut resipiscant; postautem vitari; & quos prohibent salutari, cum quibus cibum etiam non esse capiendum docent, illos utique oportet non statim è medio tolli; sed inter vivos relinqui, juxta intentionem Apostolicam, quum oppidò sit absurdum, valdè solicitum & operosum esse in prohibendo, ne quis conversetur vel cibum capiat cum illis, qui sunt è medio sublati, vel quos statim & sine misericordia velit occidi, & sciat etiam occisum iri. *Sed Apostoli* jubent hæreticos primùm modestè corripi, &c. Quare oportet hæreticos non statim è medio tolli; sed inter vivos relinqui, juxta intentionem Apostolicam. (5.) Non esse carnalibus armis agendum, quod insinuat Paulus, *2. Corinth. 10. v. 4.* scribens: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia*; unde sequitur, σαρκικοῖς vel corporalibus armis non esse utendum contra hæreticos. Optat quidem Gal. 5. v. 12. *perturbatores Ecclesiæ Galaticæ abscindi*, ἀποκόπτεσθαι: verùm non intelligit abscissionem per supplicium capitale, ab hominibus infligendum: sed *vel* excommunicationem, & separationem eorum à Galatis; *vel* Dei ultionem, ut quamprimùm eos abripiat, & os petulcum compescat, alluditq; ad nomen *circumcisionis*: quam illi præposterè urgebant: unde *Phil. 3. v. 2.* nominat τὴν κατατομὴν vel *concisionem*.

Quia ergò capitales hæreticorum pœnas nec verbo ullo in...

...rant

runt, neque exemplo aliquo confirmârunt Apostoli; tale nunc argumentum nectimus:

Quicunq; modus puniendi hæreticos ab Apostolis non est præscriptus, sed planè intermissus, & haut obscurè improbatus, ab illo Christiani omnes in Novo Testamento abstinere debent meritò.

Sed modus puniendi hæreticos per capitalia supplicia, non est ab Apostolis præscriptus, sed planè intermissus, & haut obscurè improbatus, ut hactenus ostensum.

Quare à modo illo Christiani omnes in Novo Testamento abstinere debent meritò.

Nihil solidi habent, quod hîc excipiant Pontificii. Bellarminus sibiipsi talem proponit objectionem: *Nunquam Apostoli brachium seculare contra hæreticos invocaverunt*; & tum regerit, col. 695. B. *S. Augustinus* in epist.50. *& alibi respondet, Apostolos id non fecisse, quia nullus tunc erat Christianus Princeps, quē invocarent; tunc enim implebatur illud Psal.* 2. Astiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. *At postquam tempore Constantini cæpit illud impleri, quod sequitur in eodem Psalmo*; Et nunc reges intelligite, erudimini, qui judicatis terram, servite Domino in timore: *Mox Ecclesia auxilium secularis brachii imploravit.* *Ubi simul diluuntur exceptionis Papistarum.*

Resp. Implorare brachii secularis auxilium, ut coërceantur hæretici, licet; sed implorare illud, ut interficiantur hæretici, vel tradere istos ad interficiendum non licet. Hoc unum in controversiam venit, de illo non disputatur. Neq; diffitemur, in primitiva Ecclesia non esse imploratum seculare brachium, ad coërcendos hæreticos, quia tum nullus fuit Magistratus orthodoxus: quòd autem vel Apostoli, si talis tum fuisset, eum ad hæreticorum necem procurandam fuissent sollicitaturi, vel quòd hodiè, ubi talis Magistratus est, ad capitales pœnas hæreticis infligendas iste exstimulari debeat, probari nunquam poterit à Romanensibus.

Alii sic excipiunt: *Si correptionis & excommunicationis pœna, secundum doctrinam Apostolicam, sufficit adversus hæreticos; tum Magistratui adimetur omnis potestas politicè coercendi & puniendi hæreticos.*

Resp. Negatur consequentia; quum mandatum de vitandis & excludendis hæreticis, non tantùm privatas; sed etiam publicas personas, in officiis constitutas, attineat. Ut igitur privati hæreticos suffi-

cienter admonitos vitare & excludere debent, per abact[illegible] munione convictus; Ita ministri id facere debent per abact[illegible] communione spiritualis, & Magistratus, per ab actione [illegible] nione civilis societatis.

4. *A fidei natura.* IV. A fidei natura. Fides est res planè libera, *non ne[illegible] sed voluntatis*, uti loquitur *Ambrosius*, in 2. Cor. 1 donum Dei est, [illegible] gratis per verbum conceditur, unde *non omnium* esse dicitur [illegible] *v. 3.* ideoq; ad illam cogi nemo potest vel debet, ut supra [illegible] sensum. Deus populum voluntarium, & cultum spontane[illegible] *Psal. 110. v. 3.* neque placent ipsi coacta servitia, *Levit.* [illegible] causam liberum religionis exercitium concessere *Constant[illegible] Imperator, Arianus licèt*; Theod. lib. 2. Hist. Ecc. c. 12. *Antonius Aurelius Imperator, quamvis Ethnicus*, Eusebius lib. 4. c. 13. *Gratianus Imperator*, Socrat. l. 5. c. 4. quò pertinet istud Erasmi: *Certè experientia test[illegible] religionis negotio semper malè cessisse, quum religio cogi non po[illegible], au[illegible] gunt coactores aliud, quàm ut coactos faciant hypocrit[illegible], ut aliud d[illegible] ant, aliud teneant altá mente repostum. Exemplo Hipponensis [illegible] de qu[illegible] citius gloriabantur prisco seculo Patres, quando l[illegible]gum Imperialium [illegible] coacta, ad catholicam veritatem conversa fuit; sed potissi[illegible] am part[illegible]m, (ut eventus docuit) hypocriticè. Tumultus tales conversiones excitasse [illegible] os, de Vandalis in Africa, Gothis in Italia, Arianis in Græcia, Mahometanis in Turcia, annales testantur. Facilè enim fieri potest, ut alienæ fide[illegible], ad nostram coacti, versâ rerum facie, simili crudelitate persequantur persecutores aut conversores suos, primos illius crudelitatis architectos.* Et rectè *Richardus* in c. 19. refut. Alcor. *Potest quis cogi, ut ore confiteatur [illegible] d[illegible]re, cor autem ad credendum cogi, est impossibile.* At verò in hæreticos usque ad mortem sævire, nihil aliud est, quàm ad fidem cogere velle, & dominium in conscientias sibi arrogare, quod tamen solius Dei est. Quicunq; igitur hæreses per vim extirpare, & armis externis ad fidem homines adigere volunt, isti contra fidei naturam agunt, & officium alienum, nempe divinum, sibi arrogant, quod est dominari hominum voluntati & conscientiis.

Excipit Bellarminus 1. Col. 694. B. *Liberum duobus modis accipitur: Uno modo ab obligatione, quomodo dicimus, liberum est vovere castitatem, intrare religionem; & non est liberum frangere votum, egredi religionem; & hoc modo fides in iis, qui eam nunquam receperunt libera, est ab obligatione humani juris, sed non divini: & ideò homines nō cogunt, Deus tamen*

non punit. At in iis, qui eam in Baptismo professi sunt, non est libera ab obligatione, nec juris divini, nec humani, & ideò cogunt homines, ut ea serventur. Altero modo sumitur liberum, *ut distinguitur contra necessarium, & hoc modo liberum est non credere, sicut liberum est alia peccata committere: sed hæc libertas non impedit, quin homines malè agentes puniantur; imo potius exigit, ut puniantur; nam si liberum est credere, & non credere; Ergò potuit credere & manere in Ecclesia, sicut debuit, & quia non fecit, meritò punitur. Ita respondet* S. Augustinus in epist. 50. ad Bonifacium, & lib. 2. contra epistol. Gaudentii, cap. 11. *Datum est homini,* inquit, *liberum arbitrium; sed ut si esset malefaciens, fieret mala patiens.* Similia habet *Gregorius de Valentia,* Tomo 3. disput. 1. quæst. 11. punct. 3. col. 533. A. B. & *Stapletonus* in Relect. controv. 2. quæst. 5. art. 3. ad arg. 1.

Resp. 1. Distinctio ista inter *primum convertendos,* & *jam antea conversos,* quòd illi cogi & puniri haut possint; hi verò si deficiant, cogi & puniri possint, fictitia prorsus est, & suprà satis diluta. Probari, non nudè asseri debet, quòd à fide resilientes cogi aut capitaliter puniri queant. Dictum Luc. 14. v. 24. *Compelle intrare,* huc nihil facit, quia ibi compelli jubentur non antea conversi, sed primùm convertendi, nimirum Ethnici, qui in viis publicis & ad sepes jacuisse dicuntur; neq; intelligitur *compulsio politica,* vel civilis, quæ fit gladio, quippe qui non competit servis Domini vel Pastoribus, qui debent compellere; sed *Ecclesiastica* vel spiritualis, quæ in exasperatione concionum legalium, in exaggeratione scelerum, pœnarumq; & similibus unicè consistit. 2. Puniendos esse hæreticos, circa fidem errantes, (licèt credere sit liberum, quatenus opponitur necessario,) lubenter damus, & eò Augustinus respicit; quòd a. puniendi sint capitaliter, id tantùm in quæstionem venit, sed à Pontificiis non probatur, nec unquam probari poterit.

Excipit 2. col. 692. D. *Respondeo, fidem sic esse donum Dei, ut etiam sit actus liberi arbitrii, alioquin enim castitas, & cætera virtutes sunt dona Dei, & tamen rectè puniuntur adulteri, homicidæ, latrones, ac coguntur castè vivere. Sapientia quoq; est donum Dei, & tamen scriptum est* Proverb. 19. *virga, & correptio tribuunt sapientiam.* Deniq; *fides est donum Dei; sed Deus hoc donum conservat variis modis, quorum unus correptio est.* Eadem profert *Gregorius de Valentia,* l. d.

Resp. 1. Correptionem errantium in fide, tum Ecclesiasticam, tum politicam, certis limitibus circumscriptam, in genere non negamus: Hoc autem in specie quæritur, an capitali supplicio afficiendi, atq;

sic-

ſic ad fidem, quæ ſolius Dei donum, & internum volun[illegible] cogendi ſint? Nos negamus, affirmant Pontificii, ſed [illegible] unt, quod dicunt. 2. Ambiguè dicitur, *fidem eſſe actum* [illegible] *Vel* enim hoc intelligunt *efficienter*, quòd ex viribus naturæ [illegible] quis habere & concipere poſſit, *quod* Pelagianum; [illegible] fides ſit in voluntate, & nemo credat niſi volens, Spiritu [illegible] bum efficaciter movente voluntatem, *quod* orthodoxum & [illegible] cilè conceditur. Hinc autem rectè inferimus, qu[illegible] ut credat invitus, ideò nihil profici coactione externâ. [illegible] effatum: *Rectè puniuntur Adulteri, homicidæ, latrones, & co*[illegible] *ac juſtè vivere.* Nam puniri quidem poſſunt, cogi tamen ad caſte [illegible] vivendum non poſſunt. Si enim hoc facere nollent, nemo il[illegible] re poſſet. *Aliud* eſt, comminatione pœnarum aliquem movere, *aliud* eſt cogere ad rectè vivendum.

5. *Ab Eccleſiæ natura.* V. Ab Eccleſiæ natura. Deſcribitur illa in [illegible] *ſingulari manſuetudine*, quam ipſam virtutem Chriſtus commendat Matth. 11. v. 28. *Diſcite à me, quia manſuetus ſum, & humilis corde*, ſicut etiam *beatos* prædicat *mites*, Matth. 5. v. 5. Hinc argumentum tale nectimus:

Quicquid Eccleſiaſticæ manſuetudini contrarium eſt, ab eo meritò abſtinendum.

Sed Eccleſiaſticæ manſuetudini contrarium eſt; ob ſolam hæreſin, & mentis errorem neci aliquem tradere, quum potius monere, ipſum, & media omnia, quò convertatur, tentare debeamus.

Quare à capitalibus errantium ſuppliciis meritò abſtinendum eſt. Pulchrè *Chriſtophorus Agricola* in Propugnaculo Anti-Piſtoriano, pag. 34. *Eccleſia Chriſti non ſitit ſanguinem, quia ſponſus ejus eſt agnus.*

Ubi tamen notandum, quòd capitales pœnæ non ſimpliciter pugnent cum manſuetudine Eccleſiæ, (aliàs nullus facinoroſus capite plecti poſſet) ſed in ſpecie loquimur de ſuppliciis capitalibus hæreticorum, quos occidere velle, adverſatur manſuetudini Eccleſiæ, id quod docent vaticinia Prophetarum, doctrina & praxis Chriſti atque Apoſtolorum, qui cum errantibus non per ferrum; ſed alio mitiori modo agendum eſſe docuerunt, & ſuo exemplo confirmârunt. Hinc *Auguſtinus* conſtanter ſtatuit, *hæreticorum occiſionem pugnare cum Eccleſiæ manſuetudine*, quod fatetur Bellarminus ipſe, *lib. 3. de Laicis, c. 21. proba. 4. col. 686. B.*

Excipit tamen c.22.col.694 H. in hunc modum: *Primò: Non est contra mansuetudinem Ecclesiæ, quia tenetur misereri filiorum suorum, & tunc verè immitis & crudelis esset, si mallet parcere lupis, quàm ovibus.* Secundò: *quia Ecclesia experta est omnes alias rationes, antequam ad ultimum supplicium inferendum adduci posset: nam initiò, ut suprà diximus, solùm ex communicabat;* deinde *videns, hoc non sufficere, addidit pœnam pecuniariam,* tum *amissionem omnium bonorum,* postea *exilium;* tandem *huc devenit, ut satis patet ex variis legibus antiquiorum Imperatorum in C. tit. de hæreticis.*

Magistratu. Bellarmini exceptio

Resp. 1. Omninò tenetur Ecclesia rationem habere tum ovium, tum luporum: debet *illis* prospicere, ne seducantur: & *hos* curare, ut convertantur. Neque salus filiorum dependet ab occisione hæreticorum, quippe qui, si sint insanabiles, aliis modis coerceri, & ab ovili Domini queunt abigi, si maximè iis non statim vita, & cum hâc omnis conversionis ansa præripiatur. (2.) Notetur confessio Bellarmini propria, *quòd prisca & primitiva Ecclesia non consueverit hæreticos occidere:* Cœpit autem hæc carnificina in regno demum Antichristiano, quod fundavit Pater mendacii, qui simul est Pater homicidii, *Joh. 8. v. 44.* Idem concedit *Stapletonus* in Relect. controv. 2. quæst. 5. art. 3. conclus. 7. ita scribens: *Hæretici Episcopi primi fuerunt authores Principibus secularibus ut leges ferrent ad coercendas personas Ecclesiasticas, vel etiam alias in causa religionis. Patet de Donatistis* apud August. epist. 48. & 68. *qui primi apud Constantinum Imperatorem Episcopos accusârunt, postea que à Juliano Apostata suas basilicas repetierunt. Idem fecerunt eodem tempore* Ariani, *contra Athanasium apud eundem Imperatorem, uti videre est apud eundem Athanasium* in Epist. ad solit. vitam agentes, & in Apolog. 2. & apud *Severum Sulpitium, in Historia Sacra lib. 2.*

Quia ergo hæretici primi fuerunt suasores & authores pœnarū erga dissentientes capitalium, quid aliud hinc concludendum, quàm sævitiem hujusmodi ex Scriptura probari non posse, exemplo primitivæ & orthodoxæ Ecclesiæ destitui, signum esse hæretici ingenii, ac per consequens, Papistas sævientes non Catholicorum, sed hæreticorum in hoc ipso successores esse, & imitatores? (3.) Ex eo, quòd per pœnas mitiores totaliter extirpari nequeunt quædam peccata, inferendum non est, adhibendas protinus esse ipsas pœnas capitales. Ebrietas, iniquitas usuraria, cumprimis fornicatio punita est, & punitur etiamnū excommunicatione, mulctâ pecuniariâ, exilio, & similibus; quæ

 quum

quū nō proficiant, neq; crimē illud penitus tol[illegible] deinceps ebriosos, usurarios fornicarios punire deb[illegible]

6. *Ab Antichristi natura & ingenio.* VI. Ab Antichristi natura & ingenio [illegible] est usq; ad sanguinem sævire in dissent[illegible], unde [illegible] veræ sævitiem talem non convenire, sed poti[illegible] co[illegible] suetudinem. *Quicquid* igitur est hæreticum & Antic[illegible] ab omnibus Christianis debet esse alienissimum [illegible] vire usq; ad sanguinem, est hæreticum & Antichristianum [illegible] illud ab omnibus Christianis debet esse alieniss[illegible].

Minor probatur: 1. *Ex praxi hæreticorum.* De Nestori[illegible] l.11. Tripart. c.4. quòd in prima sua inauguratione ad Archiep[illegible] tum Constantinopolitanum, dixerit Imperatori Theodosio [illegible] *Da mihi, ô Imperator, terram ab hæreticis liberam, & ego c[illegible] dam: Tu mihi hæreticos extirpa, & ego Persis delenda[illegible]* [illegible] Donatistæ, Eutychiani, summâ crudelitate orthod[illegible] cuti. *Eudoxius* Arianus, Imperatorē Valentē juramento ad[illegible] defensionem Arianæ sectæ & dissentientium extirpatio[illegible] & quævis tormenta. *Dioscorus*, quum defensionē Eutychia[illegible] pisset, orthodoxos Episcopos stipatis militib. ad subs[illegible]

2. *Ex vaticiniis, Antichristum magnum describent[illegible]* v.24. sub typo Antiochi de ipso dicitur, *interficiet robust[illegible] Sanctorum*, c.11. v.41. *multi corruent*, v. 44. *interficiet plurim[illegible]* v.7. *bestia faciet adversus testes Dei bellum, & vin[illegible] illos, &* [illegible] c.13. v.15. *faciet, ut quicunq; non adoraverint imaginem bestiæ oc[illegible]* c. 17. v.6. *Vidi mulierem ebriam de sanguine Sanctorum, & de sa[illegible] Martyrum Jesu.* Quæ omnia de Antichristo illo Magno, perditionis filio, 2. *Thess. 2. v. 3.* loquuntur.

3. *Ex doctrina & praxi Turcæ*, Antichristi Orientalis. Nam Mahomet in Alcorano mandat, interfici eos, qui legi[illegible] obed[illegible] recusant. Hinc tot bella exorta, tot cædes patratæ, & tanta Christiani [illegible] guinis multitudo effusa.

4. *Ex testimoniis veterum.* Augustinus lib. 3. contra Cresc[illegible] Gramm. c.50. *Nullis bonis in Catholica places, si usq; ad mortem in quempiam, licèt hæreticum, sæviatur.* Hieronymus super cap. 4. ad Galatas, (quod etiam citatur cap. 13. causâ 23. quæst. 4.) *Qui secundum carnem natus erat, persequebatur spiritualem; nunquam verò spiritualis carnalem persequitur: sed ignoscit ei, sciens, per tempus eum adhuc posse pro[illegible]*

sapit ergo carnalem tyrannidem, Antichristo propriam, religionem armis propagare, & dissentientes persequi velle, quod dum Papani faciunt, sese non mites Christianos; sed crudeles Antichristianos esse, hoc ipso ostendunt.

VII. A culpæ & pœnæ proportione. Omnis pœna, si justa esse debeat, præsupponit culpam, & aliqua inter vitium & supplicium esse semper debet proportio: Si pœna major est, quàm culpa, potius violatur justitia distributiva. Jam verò inter hæresin & capitale supplicium non datur proportio. Nā hæresis est delictū spirituale, non corporale vel Politicum, quod per se publicam humanæ societatis tranquillitatem non destruit, nisi seditio adversus Magistratum accedat. Hæresis igitur corporali & capitali supplicio non est punienda. 7. A culpa & pœna proportione.

Syllogismus inde fluit hujusmodi:

Omnis pœna, quā inter & culpam non datur proportio, est injusta:

Sed occisio hæreticorum est talis pœna, inter quam & culpam non datur proportio.

Ergo est injusta.

Brevius: pœna culpæ improportionata, est injusta. *Occisio* hæreticorum est pœna culpæ, nimirum hæresi, improportionata.

Quare est injusta.

Minor probatur: quia occisio est pœna corporalis. Sed hæresis est culpa spiritualis, in errore mentis consistens. Inter delictum verò spirituale, & supplicium corporale non datur proportio. Agnovit hoc ipsum *Claudius Lysias*, Felici Præsidi scribens, Act. 23. v. 27. *Virum hunc*, (Paulum Apostolum) *comprehensum à Judæis*, (tanquam Apostatam à lege Mosaica, pessimumq; hæreticum) *& incipientem interfici ab eis, superveniens cum exercitu, eripui, cognito, quia Romanus est*, v. 28. *volensq; scire causam, quam objiciebant illi, deduxi eum in concilium eorum*, v. 29. *Quem inveni accusari de quæstionibus legis ipsorum*, nullum verò dignū morte, *aut vinculis habentē crimen.* Collegit ergo Lysias, ex naturali rationis judicio, quòd propter dissensum in quæstionibus religionis nemo debeat interfici, nec dignum morte sit, si maximè quis aberret à veritate.

VIII. Ab incommodis. Nam illæ cruentæ hæreticorum persecutiones 8. Ab incōmodis, quia cruenta persecutiones hæreticorum

1. *Impediunt multorum conversionem & æternam salutem.* Nam hæreticus, qui hodiè in erroribus necatur, sequenti tempore per fidelem in-

Impediunt multorum conversionem & salutem.

lem informationem potuisset in viam redire. N[illegible] randum est de ipsorum conversione, licet nonnunquam [illegible] ces sint; quum non pauci ad veritatis agnitionem pe[illegible] primùm nullis rationibus à præconcepta opinione dim[illegible] runt. *Duodecim sunt horæ diei*, Joh. 11. v. 9. Qui non resipi[illegible] bus, potest redire in ultimis, id quod confirmat *Augustin*[illegible] gustissimi exemplum, qui diu, nimirum per novem inte[illegible] Manichæorum hæresi obstinatè addictus mansit, & n[illegible] dem conversus, magnusq; doctor Ecclesiæ factus est. Qu[illegible] pse, ut Manichæus & hæreticus contumax, statim fuisset [illegible] onem Papisticam combustus; tum ejus conversio impedita, & [illegible] sia multis salutaribus scriptis, ab ipso, ceu fructuoso tritico, po[illegible] dum elaboratis, orbata fuisset. Ita si Christus permisisset *Luc.* 9. [illegible] ut Samaritanos perderent Apostoli per ignem cœlitùs delapsum, non potuisset Samaria sequentibus annis recipere verbum Dei, *Act.* 8. v. 14. Si Saulus persecutor tanquam hæreticus fuisset occisus [illegible] Ecclesia Paulũ prædicatorẽ. Hoc nimirũ est, quod Salvator ait, Matt. 13. v. 30. *Sinite zizania crescere, ne fortè cum illis eradicetis & triticum.*

Dant ansã effusioni sanguinis innocẽtis.

2. *Dant ansam effusioni sanguinis innocentis.* Multi n. pro hæreticis habentur ab adversariis, qui tamen non sunt hæretici. Si ergo generalis thesis statuatur, quemvis hæreticum esse interficiendum, & postea pro arbitratu, & juxta præconceptam opinionem falsò subsumatur, dissentientes esse hæreticos, uti Papicolæ subsumere [illegible], tu sanè multi innoxii abripiuntur, & præter omne meritum capitali supplicio afficiuntur, velut historia *laniena Parisiensis, & Inquisitionis Hispanica*, luculentè docet. *Adde* hoc, quòd si maximè nonnulli pravis opinionibus sint imbuti, non tamen statim pro hæreticis haberi debeant, siquidem ad constitutionem hæretici, si propriè loquamur, etiam hoc pertinet, ut sit αὐτοκατάκριτος, ut errorem propug[illegible] et sciente & malitiosè, adeòq; proprio judicio damnetur. Jam verò scire certò non possumus, an quis ex infirmitate erret, an contra conscien[illegible]æ testimonium. Quòd si igitur errans ex imbecillitate, necatur ut hæreticus, errans ex malitia; tum sanè illi fit injuria, & innoxius sanguis effunditur. *Præterea* non omnes Magistratus certamina Ecclesiæ intelligunt, neq; satis diligenter expendunt: Pastores ipsi, qui Magistratũ informare debent, quandoq; pravis affectibus reguntur, ut tanquam hæreticum deferant, qui hæreticus non est, ideòq; facilimè fieri potest ut prætextu religionis in homines innocentes sæviatur.

3. *Exer-*

Magistratu.

3. *Excitant seditiones, bella, & varias cædes.* Quando enim oriuntur hæreses, tum Christiani in duo semper agmina dividuntur; *quidam* religioni veræ; *quidam* falsæ adstipulantur, ubi, si doceatur, in hæreticos sæviendum esse, utraque pars arma capiet, quia altera alteram pro hæretica habet reciprocè. Hinc *Ariani*, quum ab orthodoxis Imperatoribus duriora essent perpessi, mox alium, & quidem suæ hæresi addictum Imperatorem nacti, eadem orthodoxis iterum intulerunt. Nota insuper sunt exempla *Vandalorum* in Africa, *Gothorum* in Italia, *Mahometanorum* in Turcia, & aliorum. Docere igitur, hæreticos esse occidendos, nihil aliud est, quàm hostes nostros, cum primis Antichristum armare contra nos ipsos, quos ille pro hæreticis habet, cujus proprium est, igne & gladio sævire adversus eos, qui secessionem ab ipso fecerunt.

Excitant seditiones & varias cædes.

4. *Vera martyria faciunt suspecta.* Nam multi ex hæreticis animosè mortem subeunt, ut ex constantia & animositate illá non amplius de vero martyre judicium sumi possit, quam ob causam *Augustinus* scribit, epist.158. *Per supplicia hæreticorum fit, ut passiones servorum Dei, quæ debent esse in Ecclesia Dei gloriosæ, inimicorum sanguine dehonestentur.* Nam pari fortitudine, & veritatis opinione hæretici patiuntur, quà Chatholici, unde fit, ut populus veros martyres propter similitudinem falsorum contemnat, neq; constanti eorum martyrio moveatur amplius. *Accedit* insuper hoc etiam incommodum, quòd multi ad rogum damnati in errore confirmentur, putantes, se non posse solidis rationibus convinci; & alii seducantur, autumantes, tantam animositatem non posse cadere in falsum doctorem. Quare ut sanguis martyrum est semen Christianorum; ita sanguis Pseudomartyrum fit semen hæreticorum, velut experientia satis superq; confirmat. *Etsi* maximè populus doceatur, quòd non pœna, sed causa martyrem faciat, tamen videns imperterritum animi robor in hæreticis, non parùm illo percellitur, & num sit audacia, vel animositas vera, cognoscere, atque sic inter verum martyrem & Pseudomartyrem discernere nequit. Argumentum hoc ita pressit *Stapletonum*, ut quum solidè nihil reponere posset, consilium hoc præscripserit, in Relect.controv. 2.quæst.5.art.3. *Clam & secretò, non in conspectu populi supplicium de hæreticis sumendum esse. Sufficit*, ait, *ad Ecclesiæ pacem, ut è medio tollantur. Non est opus, ut toto spectante populo id fiat: ubi ex vana gloria, cujus appetentissimus est omnis hæreticus, nullum non pœnarum gravitatem tolerans hæ-*

Vera martyria faciunt suspecta.

mus hæreticus plus exemplo nocet, quàm prodest. Se... ... malæ causæ indicium est, & consilium illud non obser... tificiis, de alia responsione, ut cogitent, opus est.

9. A Judæorum tolerantia. IX. A Judæorum tolerantia. Si bonâ conscientiâ Judæi possunt tolerari in Ecclesia, nec protinus neci traduntur, licèt quotidianas in Christum & ejus Evangelium blasphemias eructent: non video, cur Papistæ asserant, Evangelicos, quos mendaciter ... bonâ conscientiâ tolerari non posse; sed illos per capitale supplicia extirpandos esse. Nimirum *mites* sunt erga blasphemos Christi hostes, & *crudeles* erga Evangalicos, adeòque omnia invertunt; ibi peccantes in defectu, hîc in excessu.

Bellarmini exceptio. Sed excipit Bellarminus lib. 3. de Laicis, c. 22. col. 680. C. Primò: *Judæi nunquam susceperunt fidem Christianam, hæretici susceperunt.* Secundò: *Judæi religionem colunt, quam Deus instituit saltem pro tempore, hæretici eam, quam diabolus invenit.* Tertiò: *Secta Judæorum Ecclesiæ utilis est, quia eorum libri sunt prophetiæ nostrarum rerum, & ... um ceremoniæ figuræ nostrorum mysteriorum, & hinc probamus Gentibus, nos non finxisse hæc vaticinia, quandoquidem servantur à nostris inimicis.* Deniq; *Judæi non conantur pervertere Christianos, ut plurimùm, sicut faciunt hæretici. Vide Concilium Toletanum IV. can. 55. & 56. & Augustinum* in Psal. 59. Item, *Bernardum* in epist. 322. ad Spirenses, & 323. ad Episcopum Moguntinum.

Resp. 1. Distinctio inter *fidem professos & non professos* ... nihil facit, ut suprà ostensum. 2. Religio, quam hodierni Judæi ... t, & profitentur, non est à Deo instituta, quod absurdissimè Bellarminus asserit; sed à Rabbinis conficta, adeoq; à diabolo inventa, plena erroribus & blasphemiis, si circumcisionem, sabbathum & alia pauca excipias. 3. Si omnes blasphemi debent è medio tolli, sive è ob accidentalem quendam usum non erunt in vivis relinquendi. Sunt etiam hæretici Ecclesiæ utiles, ut alibi probatur, nec tamen ob istos usus tolerare illos volunt Pontificii. Cur ergo in Judæos blasphemos tam sunt mansueti? 4. Falsum, quod Judæi non conentur pervertere Christianos; Imò hoc ipsorum quotidianum votum, hic perpetuus conatus est. Quòd autem paucos seducunt, non inde provenit, quod seducere non conentur; sed quoniam ipsorum doctrina sacris literis disertè contraria, & apertè blaspema est. 5. Confunduntur distinctæ quæstiones; *Prior;* An licitum sit tolerare Judæos? *Posterior:* An utile vel perni-

perniciosum sit tolerare Judæos? De hac non agimus, sed tantùm *de priore*, ubi Papistas affirmativam tenere, praxis ipsorum docet, atque inde sic argumentamur: *Si licitum* est, bonaque conscientiâ fieri potest, ut blasphemi Judæi tolerentur in Ecclesia, nec protinus interficiantur; utiq; multò magis licitum erit, & meliori conscientiâ fieri poterit, ut hæretici non blasphemi tolerentur in Ecclesia, quod tamen licitum non esse, nec bonâ conscientiâ fieri posse Romanenses asserunt. Nimirum teneram & meticulosam habent conscientiam, quoad hæreticos; sed latam nihilq; curantem, quoad Judæos.

Magistratu. (margin)

Hisce omnibus addi colophonis loco posset *praxis primitivæ Ecclesiæ, consensus Patrum* & *Conciliorum*, nec non *quorundam Pontificiorum*: quia verò aliàs excrevit hæc quæstio, & de istis satis, solidèq; actum est à Dn. D. *Balduino*, in disput. de hæreticis, th. 193. seqq. *Dn. D. Arnoldo* in disput. Tubingæ habita de tractandis hæreticis, thesi 28. seqq. cumprimis autem à Dn. D. *Garhardo* Tomo 6. pag. 1078. seqq. propterea nolo actum agere; sed Lectorem cupidum ad prædictos auctores remissum cupio.

QUÆSTIO VII.

Num libri hæreticorum à Magistratu aboleri & comburi debeant?

Affirmant Pontificii.

INter alia Papalis tyrannidis documenta & exercitia etiam hoc est, quòd indiscretè quosvis, opinione ipsorum, hæreticos libros, etiam invitis possessoribus eripiendos, & publicâ Magistratus authoritate palam abolendos sive incendendos esse contendunt. Ita enim scribit *Bellarminus* lib. 3. de Laicis, cap. 20. *Postrema restat quæstio de pœnis hæreticorum, quas post Ecclesiæ judicium, & declarationem, Principes Politici infligere possunt ac debent. Incipiemus autem à libris eorum, ac breviter ostendemus, libros hæreticorum jure interdici & exuri.* Neque mirum, *si Cyclopea incendia evomant homines, Ætna & Vesuvio propinquiores*, uti scitè scribit *Junius* in animadversionibus super hoc caput Bellarmini.

Nos distinctione præmissâ, Negamus, quosvis dissentientium circa religionem libros esse

Nos autem distinguimus inter *libros manifestè impios*, quales sunt notoriè blasphemi, magici, famosi, & inter *libros eruditos*, de religione ex verbo Dei, licèt non rectè satis intellecto, differentes. *Libri prioris generis* meritò prohibentur à Magistratu, & si opus sit, violentis mediis aboleri possunt; sed *libri posterioris generis*, præsertim si mode-

protinus abolendos, si modestè ac sine conviciis scripti sint, non debent literas spiritus eripi, nec planè aboleri vel incendi, quod ipsum probare possumus.

Quod probamus 1. A defectu mandati divini.

1. A defectu mandati divini. Nam nullibi sacris literis præceptum est, ut sine discrimine quævis dissentientium scripta aboleantur & incendantur. Magistratus igitur ad hoc faciendum conscientia obstrictus est minimè.

2. A Christi & Apostolorum praxi.

2. A Christi & Apostolorum praxi. Tempore Salvatoris in populo Israelitico sine dubio Pharisæorum, Sadducæorum, Essæorum scripta, erroneas opiniones falsamq; doctrinam continentia, circumlata sunt; nullibi tamen legitur, quod illorum lectionem absolutè prohibuerit, aut quòd ipsos invitis possessoribus eripuerit & incenderit. Sic tempore Apostolorum Pseudoapostoli multos ediderunt libros heterodoxos, quos Apostoli quidem solidis argumentis refutârunt, neq; flammis protinus consecrârunt.

3. A divinis admonitionibus.

3. A divinis admonitionibus. 1. Thessal.5 vers. 21. *Omnia probate, quod bonum est tenete.* 1. Johan.4.v 1. *Nolite omni spiritui credere, sed probate Spiritus, num ex Deo sint.* Hisce & similibus dictis libertas Christiana, omnia probandi stabilitur, & fidelibus injungitur, ne indiscretè quidvis rejiciant, vel quidvis credant; sed potius, ut omnia prius diligenter examinent, bonum eligant, & spiritus falsos caveant. Nisi verò libros dissentientium liceat legere ac perpendere, certè libertas ista usurpari, & vera probatio institui non poterit.

Ubi frustrà Bellarminus excipit.

Bellarminus, libro 3. de Laicis, cap. 20. ad dictum 1. *Thess*. 5. excipit 1. col. 681. C. *Apostolus loquitur de Prophetia & scriptis, quæ nondum constat, an sint bona vel mala, & talia non vult rejici, nisi prius examinata: sed quando scriptum aliquod jam est examinatum, & constat esse malum; vult omninò rejici, & talia sunt scripta omnia, quæ nobis prohibentur: sunt enim probata, id est, examinata omnia; & ideò prohibita, quia mala reperta sunt.*

Resp. Verum est, quòd absolutè rejicienda non sint scripta dubia, de quibus haut constat, num bona sint vel mala: talium verò est, nec ex dicto Pauli probari potest, quod scripta à paucis examinata, quæ ex opinione propria habentur pro hæreticis, simpliciter omnibus Christianis sint prohibēda & penitus abolenda. Errant igitur Pontificii multifariā, *quia* examen & probationē non permittunt omnibus, sed

 Magistratu.

bus, sed paucis; *quia* examen instituunt non secundum ductum Scripturæ, sed secundum placita Papæ; *quia* pro hæreticis habent libros illos, qui maximè sunt orthodoxi: & tandem, *quia* tales libros à paucis lectos & temerè damnatos, prorsus abolent & incendunt, quum tamen Pauli mens sit, permittendam esse lectionem omnibus, & probationem instituendam esse ab omnibus, post probationem verò tenendum esse bonum, abjiciendum malum.

Excipit 2. col. 682. *D. Deinde licèt Apostolus ad totam Ecclesiam scribat, tamen non vult omnia fieri ab omnibus, sed ab iis, qui possunt, & quibus ex officio incumbit: sicut quum ad Universitatem aliquam mittuntur articuli aliqui suspecti examinandi, non ad omnes, qui sunt in Universitate, pertinet eos examinare; sed solùm ad Magistros, vel quos ipsi designaverint: Ita igitur quum Apostolus jubet, in Ecclesia examinari prophetias & Scripturarum interpretationem; certè non vult hoc fieri à sartoribus & cementariis; sed ab Episcopis & aliis, quos Episcopi sibi adjungunt.*

Resp. Concedimus, quòd probatio fieri debeat ab iis tantùm, qui possunt, & quibus ex officio incumbit. Possunt autem dogmata probare omnes pii adulti, & incumbit hoc ipsis ex generali officio, quo Christiani omnes debent soliciti esse de veritate, ut possint reddere rationem fidei suæ cuivis petenti, *1. Pet. 3. v. 16.* Et sane Paulus *1. Thess. 5. v. 14.* fratres compellat in genere, præcepta præscribit universis & singulis, duasq; *v. 21.* requirit virtutes communes, omnibus Christianis necessarias; nempe *prudentiam*, in probando, & *constantiam* in retinendo bono. Sic Johannes *1. epist. c. 4. v. 1.* alloquitur ἀγαπητοὺς vel *charissimos*, præcipitq; illis omnibus, ut probent Spiritus, an ex Deo sint. Malè igitur restringitur ad solos Papales Episcopos, quod Christianis omnibus præscriptum est, è quibus sartores & cementarii, quos contemnit Bellarminus, sæpè rectius de rebus fidei sentiunt, quàm ipsi præsules Papistici, ab uno mendacis Pontificis judicio dependentes.

4. Ab utili. Ostendit hactenus ipsa experientia, eos, qui libertate illâ moderatè usi sunt, neq; sibiipsis, neq; aliis ullũ hinc detrimentũ attulisse; sed potiùs Ecclesiæ & Reipubl profuisse plurimùm, ut qui hâc viâ veritatem, antea diu suppressam, denuò eruerint in lucem, qualibus exemplis abundat historia Ecclesiastica. Insunt insuper multa vera & bona dissentientium libris, qui si abolerentur penitus, interirent unà multa salutaria scripta; fitq; tantùm per accidens, ut quidam ex lectione illorum defic ant, & hæreticæ doctrinæ præbeant assensum. Huc *4. Ab utili.*

pertinet egregium dictum *Tertullian*, [illegible] *rum scilicet*, inquit, *ut malum* [illegible] *multùm valeant, qui in fide non* [illegible]. *In* [illegible] *pu*[illegible] *plerumq; non quia fortis est, vin*[illegible] *niam ille, qui victus est, nullis viribus fuit,* [illegible] *lenti postea comparatus, etiam superatus* [illegible] *rundam infirmitatibus habent, quod valent,* [illegible] *tem fidem incurrant.*

5. A suspicione malæ causæ.

5. A suspicione malæ causæ, si abol[illegible]tientium. Nam testatur iterum experientia, [illegible] sine delectu libros hæreticorum, ut ipsi nuncupant, [illegible] plerumq; malam causam defendisse, & lucem divinæ [illegible] tibus defugere; imò ipsam cœlestem veritatem hoc pacto [illegible] cupivisse, id quod Tyrannorum est proprium. Exempla vide[illegible] *tùm* in sacris literis, apud *Jeremiam*, cap. 36. & *1. Maccab. 4.* [illegible] in historiis Ecclesiasticis, præsertim Hussii, Lutheri, & simil[illegible], doctrina quum ab adversariis solidè refelli non posset, scripta [illegible], ipsorum publicè ab iisdem fuerunt combusta.

Objectiones.

Prima objectio.

I. Bellarminus urget *morem gentilium*. Ita enim sc[illegible] 678. C. D. *Refert Valerius Maximus*, lib. 1. cap. 1. *quòd quum Romæ re*[illegible] *sent libri quidam, qui nonnihil videbantur solvere religionem, Pr*[illegible] *nus, ex autoritate Senatus, in conspectu populi eos cremavit.* Marc[illegible] Tullius lib. 1. de Natura Deorum *refert, Protagoram A*[illegible] *noxios religioni scripsisset, Atheniensium jussu, urbe atq; agro ex*[illegible] *librosq; ejus in concione combustos.*

Resp. Non invidemus Papistis, quòd Ethnicorum hac in parte sunt imitatores, à quibus ut multa quoad ceremonias mu[illegible] quid mirum est, quòd tyrannidem illorum, Christianæ religioni contrariam, simul exosculantur? Quæ verò consequentia est; *Ge*[illegible] *combusserunt libros, religioni suæ contrarios.* Ergò *Idem licitum est Christianis?* Deinde: *Si factum* illud gentilium probatur per omnia, sequeretur, ipsos etiam rectè fecisse, quando sacras literas, & libros Christianorum combusserunt, quod absurdum.

Secunda.

II. Proferunt *exemplum primorum Christianorum*, de quibus refer[illegible]

fert

fert Lucas, Actor 19.v.19. *multos ab Apostolis conversos, libros curiosos & vanos contulisse, & combussisse coram omnibus.*

Respondeo. Libri isti juxta communem interpretum sententiam fuêre *Magici*, quos *Columella, Plutarchus, Athenæus* ἐφέσια γράμματα appellant; quales abolendos & comburendos esse ultrò concedimus, ideoq; istud exemplum non tangit quæstionis statum; sed ἀσκόπως vel impertinenter in medium adducitur; præsertim, quia illi Christiani sponte suos libros magicos combusserunt: Papistæ autem invitis possessoribus libros eripiunt, & incendunt.

III. Urgent *antiquam Ecclesiæ consuetudinem*, quæ solita est libros hæreticos damnare, abolere, comburere, quod confirmatur per Ecclesiasticam historiam, leges Imperatorum, & ipsam experientiam, quia nulli fermè jam extant libri veterum hæreticorum. Tertia.

Resp. Ab exemplo & facto humano, ad jus non licet argumentari. Antiquior præterea est praxis Christi & Apostolorum, quam meritò opponimus praxi aliorum. Neq; negari potest, quòd modus agendi cum hæreticis, subinde factus sit justo gravior & violentior, ideoq; ab exemplis istis non est aliqua introducendā generalis regula, præsertim quum diversa consuetudo afferri queat, & exempla ista sint particularia. Non valet autem ex particulari argumentatio. *Adde*, quòd prisca Ecclesia quorundam solùm hæreticorum libros tollendos censuit, Pontificii verò sæviunt indiscretè in omnes omniū libros, quamvis non-hæreticos, aut minori aliquâ hæresi tinctos.

IV. Rationem hanc proferunt: *Colloquia hæreticorum sunt periculosissima, & ideò diligenter vitanda.* Ergò *multò magis libri sunt noxii & pestilentes, ac vitandi.* Antecedens probatur ex *Rom.16. v 17. 2.Tim.3. v.10.seqq. Tit.3.v.10, 2 Epist. Johan.v.10.seqq.* Ex *Irenæo* lib.3.c.3. *Cypriano*, lib.1. epist.3. *Athanasio*, in Vita Antonii. *Augustino*, epist.62. *Leone*, serm.18. *Jam igitur*, ait Bellarminus col. 680. D. *Si tantoperè vitanda sunt colloquia hæreticorum, quantò magis libri? Nam oratio in libris scripta, est magis composita, & artificii plena, quàm quæ in colloquiis usurpatur.* Deinde *est semper ad manus; nam conciones & colloquia sunt rara, & verba ore prolata mox transeunt: at verba in libris manent perpetuò & semper nobis adsunt, nobiscum peregrinantur, nobiscum domi sedent.* Præterea *libri magis sparguntur: Potest enim aliquis per libros toti ferè orbi terrarum simul loqui, & multorum domos & cubicula libri penetrant, quos auctor nunquam vidit; & ad quos forte nunquam admitteretur.* Quarta.

Denique *experientia idem docet; Nam Jo[illegible] W[illegible] [illegible] cissimos pervertit; docuit enim solum in A[illegible], & [illegible] sui erroris heredes; at per libr[illegible] totam Bo[illegible] [illegible]* Cochlæum, *in Historia Hussitarum.*

Respons. 1. Colloquia hæreticorum non pro[illegible] [illegible]bantur absolutè, sed conditionatè, si nimis crebro institua[illegible] amica sint, si non fiant animo cuncta probandi, vel hæreses [illegible] di, aut hæreticos convertendi. Pari modo improbamus et[illegible] nem librorum hæreticorum, non absolute, sed [illegible]atè, [illegible] quenter ista suscipiatur, nec adsit animus omnia probandi, bon[illegible] gendi, hæreses cognoscendi, & hæreticos convertendi. Tali autem animo si quis accedat ad librorum hæreticorum lectionem; sin[illegible] damno, imò cum emolumento illos evolvere, non secus at[illegible] cum [illegible] reticis, positâ eâdem conditione, tutò colloqui potest. In summ[illegible], [illegible] *actiones omnes; Ita & lectiones librorum hæreticorum ju[illegible] cant[illegible]* Si bonus atq; licitus est finis, laudatur; Si malus & i[illegible]citus cul[illegible]atur lectio. 2. Negamus consequentiam, *crebra* & nimis c[illegible] [illegible] hæreticorum lectio est vitanda. *Ergò* libri hæretici totaliter [illegible] abo lendi & comburendi. Nam queunt illi vitari, si maximè relinquantur in rerum natura, sicuti vitare possumus malorum consortia, licet non omnes mali protinus interficiantur. Imò si vitare debemus libros hæreticos, necessum est, ut illi existant: Ab eo enim, quod non est, quod planè combustum est, declinare, vel istud vitare, nec [illegible] est, nec fieri potest. Ut enim non Entis nullæ sunt affectiones; Ita etiam nullæ devitationes.

QUÆSTIO VIII.

An liceat Principibus Christianis, vi & armis invadere quoscunque infideles gentiles, sibi non subditos & eorum terras occupare, propterea solùm, quia infideles & barbari, & scelerati sunt?

Affirmant quidam Pontificii. Affirmativa placuit *Hostiensi* in capitulo, *Quod super his.* Extra de voto: *Panormitano* ibidem, *Alvaro Pelagio*, libr. 1. de planctu Ecclesiæ, art. 37. & *Johanni Majori* in 2. Sentent. distinct. 44. quæst. 3.

Aega-

Negativa tamen multò est verior, quam sequentibus argumentis stabilire possumus: *Nos negamus, & negativam probamus,*

I. A dominio rerum, quas possident gentiles. *Quicunq;* sunt veri rerum suarum Domini, isti non possunt vel debent isto dominio per vim privari, à talibus, qui ipsorum superiores nullo sunt titulo, nec politico, nec spirituali, & qui nullo modo vel in se, vel in proximis sunt ab eis læsi. Vult enim Deus, ut cuivis suum tribuatur, & ex possessione, quam bono habet titulo, non deturbetur. *At verò infideles,* non obstante infidelitate, & aliis criminibus ipsorum, sunt veri Domini rerum suarum, quod per se patet, simulq; his dictis confirmatur, Dan. 2. v. 37. *Tu* (Nabuchodonosor) *Rex Regum es, & Deus cæli regnum & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia, in quibus habitant filii hominum*: Si Deus ipsi hæc dedit omnia, fuit utique verus Dominus & possessor. Matth. 22. v. 21. *Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris.* Luc. 22. v. 25. *Reges gentium dominantur.* Rom. 13. v. 7. *Reddite omnibus debita, cui tributum, tributum.* 1. Pet. 2. v. 13. *Subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi præcellenti,* &c. Ergò infideles non possunt, vel non debent isto dominio privari à talibus, qui ipsorum superiores nullo sunt titulo, & qui nullo modo vel in se, vel in proximis sunt ab eis læsi, quales sunt Christiani Principes. *1. A dominio rerum, quas possident gentiles.*

II. A defectu exemplorum. Nullibi leguntur Christiani Principes bello infestâsse infideles non subditos, eo solùm nomine, quòd essent infideles; quum tamen apud eos Sancti Patres gratiâ & auctoritate valuerint, qui ejus rei, licita si esset, haut dubiè suasores fuissent Principibus. *2. A defectu exemplorum.*

III. A titulis, quibus vim aliis inferre licet. Eorum duo sunt: nempè *vel charitatis* ergà se & proximos, ut quum quis se vel proximum quoad vitam & bona justè defendit; *vel justitiæ vindicativæ,* seu punitivæ, ut quum superior aliqua potestas justè ulciscitur injuriam, sibi, vel subditis, vel proximis illatam, uti fit in bello justo. *At verò neuter titulus,* ex istis suppetit ad inferendam vim infidelibus, hoc ipso, quòd infideles & barbari sunt. Nullam enim isti, quod hic præsupponimus, inferunt Christianis injuriam, ideoq; nec charitatis, nec justitiæ titulo arma adversus illos sumi possunt. Injuria verò, quâ per peccata Deum afficiunt, potest soletq; ab ipso Deo vel in hac, vel in altera vita sufficienter puniri, ut supervacaneum sit, eam vindicari per homi- *3. A titulis, quibus vim aliis inferre licet.*

hominis,qui neq; ordinarii superiores inhe[illegible]m, neq; [illegible] ipso Deo moniti sunt,ut istud faciant. Aliàs sequeretur [illegible] idolatriam gentilium, sed etiam Dei odi[illegible]m man[illegible] [illegible] peccatum gravissimum, furta item, libidines & [illegible], [illegible] jestas summè offenditur, sufficientes esse ca[illegible]sas infe[illegible] [illegible] modò infidelibus, sed aliis quoq; Christianis qui de[illegible] [illegible] doq; sunt contaminati.

4. *Ab incommodo.* IV. Ab incommodo. Si propter infide[illegible]tatem licet a[illegible] ferre vim & bellum, maxima oriri posset perturbatio in u[illegible]ver[illegible] generis humani. Quùm enim omnes, al[illegible] [illegible]am religionem pro[illegible] tes, sibi persuadeant, errare, falli, & infideles esse quoscunq; alios, qui non idem de religione sentiunt; mox quæq; gens putare p[illegible]sse[illegible], [illegible] habere justam causam belli adversus quamcunq; aliam gentem, d[illegible] sæ religioni addictam, ac proinde totus mundus bellis con[illegible] [illegible] & semetipsum perdere posset, quam ipsam rationem nonnu[illegible] quoq; [illegible]gent Pontificii, ut *Cajetanus*, & *Valentianus*, qui pro[illegible] [illegible] [illegible] sunt gladio, quando disputant, hæreticos per vim ex[illegible]pandos [illegible]. Nam idē ex hac ipsa opinione, quod ex priori, sequitur i[illegible]commo[illegible]m. Nam quum omnes sibi persuadeant, falli & hæretic[illegible] esse al[illegible] diversum sentientes, unaquæq; gens similiter putare posset, se hab[illegible] [illegible] belli causam adversus quamcunq; aliam gentem, unde [illegible] bella, & tandem mundi πανολεθρία secutura esset.

5. *A testimonio Augustini.* V. A testimonio Augustini. Hic sermone 6. de Verbis Domini in fine, disertè affirmat, *necessariam inprimis esse potestatem & authoritatem in eos infideles, qui vi compescendi sunt.* Idq; confirmat testimonio illo Deut. 7. *Quùm introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingredieris, &c. tradideritq; gentes Dominus Deus tibi, percuties eas usq; ad internecionem, &c. Quùm data*, inquit Augustinus, *vobis fuerit terra in potestatem. Prius ait in potestatem, & sic dixit quæ [illegible] da sunt* Aras eorum destruetis, lucos eorum comminuetis, & omnes titulos eorum confringetis. *Quùm acceperitis potestatem, hoc facite: Ubi nobis non est data potestas, non facimus; ubi data est, non prætermittimus. [illegible] p[illegible] [illegible]ni habent istas abominationes in fundis suis, nunquid accedimus & confringimus? Prius enim agimus, ut idola in eorum cordibus infringamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint, aut invitant nos ad tam bonum opus, aut præveniunt nos. Modò orandum est pro illis, non irascendum illis*

VI. Ad

VI. Ab auctoritate Aristotelis. Lib. 7. Politic. c. 15. asserit; Ad justum bellum inprimis requiri, ut ii, quibus bellum ac vis inferatur, id meriti sint, aliquibus nimirum injuriis in eos, vel eorū socios, qui bellum inferunt: *Non per hoc*, inquit, *civitas felix est existimanda*, *nec Legislator laudandus, quod vincere docuerit, & finitimis dominari. Hæc enim magnum continent nocumentum.* Et infra: *Neq; exercitatio rerum bellicarum ob id est meditanda, ut in servitutem adigant immerentes; sed primùm, ne ipsi servire aliis cogantur: Deinde, ut imperium quærant gratia utilitatis subjectorum, non ante omnia dominationem*; (id enim pertinet ad rectam intentionem) *tertiò, ut eis dominentur, qui servire sunt digni, id est, qui non sunt id immerentes, sed subjectionem & servitutem promeriti, propter injurias aliis illatas.* 6. *Ab auctoritate Aristotelis.*

Objectiones.

I. Propter infidelitatem videntur infideles post Christi adventum amisisse rerum suarum dominium, idq; translatum esse in Christianos, juxta illud Sir. 10. v. 8. *Regnum à gente in gentem transferetur, propter injustitias, injurias, & contumelias, & diversos dolos.* *Respondetur ad tres objectiones.*

Resp. Hoc dictum non continet vaticinium translationis dominii ab infidelibus ad Christianos ex Dei voluntate; sed eventus, qui sæpè solet contingere, nempe ut propter peccata transferantur regna de gente in gentem, Deo ita volente & permittente.

2. Urgent exemplum populi Israëlitici, qui multorum gentilium regna & provincias, vi & armis occupavit, ut patet ex Deut. 12. v. 2. *Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, Deos suos.*

Resp. Filii Israël habuerunt peculiare mandatum Dei, unde factum eorum non est ad imitationem trahendum, nisi expressum & simile mandatum habeatur.

3. Licitum est, bello & armis infestare infideles ad ulciscendam injuriam propriam, & ad consulendum vitæ & incolumitati proximorum; si qui apud illos injustè tractentur aut occidantur, aut cogantur ad cultum Idololatricum, &c. Ergò multò magis ad evertendam injuriam gravissimam, quæ fit Deo ab infidelibus per Idololatriam, & alia peccata contra legem naturæ.

Respond. Negatur consequentia, ob disparitatem injuriarum. Deus ipse potest & solet vel in hac vel in altera vita sufficienter vindicare injurias sibi factas: proximi autem ab aliis oppressi, sufficienter

sibi

sibi consulere nequeunt, nisi ab aliis suppetiæ ferantur ... sibiipsi, nisi se defendat, vim vi repellendo. Quocirca ... propter incolumitatem propriam, ac proximorum, inferre vim ... subjecti non sunt; non autem propter ulciscendam Dei ... sequeretur, etiam Christianos peccantes, & in Deum injur... Christianis bello justè peti ac infestari posse, ad injuriam ... ulciscendam.

Ita ergò hactenus ostensum, quòd infideles ob solam infidelitatem non sint è ditionibus *suis* expellendi; ubi tamen addimus, ... alias causas id esse quandoq; licitum, *ut* si occupant regiones ... pertinent ad Christianos Principes, vel aliquibus injuriis afficiunt Christianos, vel fidei prædicationem & susceptionem impediunt, & quæ aliæ possunt esse causæ belli justi gentilibus inferendi.

QUÆSTIO IX.

Num peccet Magistratus, si meretricibus certum Urbis locum incolendum attribuat?

Pontificii affirmant. NEgat *Bellarminus* lib. 2. de statu peccati, cap. 18. col. 203. C. ita scribens: *etiam in rebus humanis non peccat Magistratus, si meretricibus certum locum urbis incolendum attribuat, quamvis certo sciat, eo loco ... non benè usuras. Potest enim permittere minus malum, ut majora impediantur.* Putant verò, si meretricibus non permittatur locus, omnia completum iri libidinibus, quò *Valentianus* Tomo 3. disput. 1. q. 2. l. 10. puncto 7. col. 507. C. refert istud *Augustini* ex libro 2. de ordine, cap. 4. *Aufer à rebus humanis meretrices, turbaveris omnia libidinibus.*

Nos negamus. Nos autem statuimus, quòd mala culpæ nec facienda, nec permittenda sint, ut eveniant bona, vel ut majus malum impediatur. Nam inter scelera nulla datur electio, ideoq; nec permissio eorum concedi potest ab hominibus, quum tamen minora, quàm majora peccata ex lege Dei cavere, neq; connivere, vel ultrò permittere teneantur homines. Hinc *Augustinus* lib. 5. contra Julianum Pel. scribit: *Nos certè si eos, in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittamus, rei cum ipsis erimus.*

In specie meretrices non sunt in certo urbis loco ferendæ; sed juxta legem è Republica tollendæ, sicut expressè dicitur Deut. 23. v. 17. *Non erit meretrix è filiabus Israel.* Nec video, cur ex sublatione lupana-rium

gium plures oriri putent libidines. Imò multi abstinerent à fornicatione, nisi occasiones scirent in publicis lupanaribus. Puniantur libidinosi, ut merentur; ita cavebunt alii. Per pœnas enim graviores multò citius tollet Magistratus libidines, quàm per lupanarium concessiones, quibus ipse de alieno peccato participat.

Magistratu.

QUÆSTIO X.

Num Magistratus bonâ conscientiâ, & sine peccato juramentum imponere possit illis, quos falsò juraturos novit?

Scriptores Pontificii non pauci hoc asserunt. Ita enim censet *Thomas*, 2. 2. quæst. 98 art. 4. *Si quis ut privatus exigat juramentum ab aliquo, quem nesciat juraturum falsum; non peccat: secus autem, si sciret: Ut persona verò publica, exigens juramentum secundum ordinem juris, ad alterius videlicet petitionem, quomodocunq; sciat jurantis dispositionem, culpâ vacat.* Et paulò pòst: *Circa eum, qui exigit ab alio juramentum, distinguendum videtur.* Aut enim exigit *juramentum pro seipso propria sponte;* aut exigit *juramentum pro alio, ex necessitate officii sibi commissi. Et siquidem aliquis pro seipso exigit juramentum, tanquam persona privata, distinguendum videtur,* ut Augustinus dicit in Sermone de perjuriis. *Si enim nescit, eum juraturum falsum, & ideò dicit, Jura mihi, ut fides ei sit, non est peccatum. Tamen est humana tentatio, quia scilicet procedit ex quadam infirmitate, quâ homo dubitat, alium esse verum dicturum. Et hoc est illud malum, de quo Dominus dicit*, Matth. 5. Quod amplius est, à malo est. *Si autem scit, eum fecisse, scilicet contrarium ejus, quod jurat, & cogit eum jurare; homicida est. Ille enim de suo perjurio se interimit, sed iste manum interficientis impressit. Si autem aliquis exigat juramentum tanquam persona publica, secundum quod exigit ordo juris, ad petitionem alterius, non videtur esse in culpa, si ipse juramentum exigat, sive sciat eum falsum jurare, sive verum; quia non videtur ille exigere; sed ille, ad cujus instantiam exigit.* Toletus, lib. 4. Instruct. cap. 21. p. 523. *Judex ratione officii debet observare ordinem statutum, potestq; juramentum petere ab his, quos agnoscit falsum juraturos.* Idem defendit *Lessius* lib. 2. de 4. Virtut. Cardinal. c. 42. dubit. 10.

Papistæ affirmant, ut Thomas,

Toletus.

Lessius.

Non autem video, quî officii ratio exigere possit, ut Magistratus juramentum deferat illi, quem certò scit perjuraturum. Ita enim alium indu-

Nos negativam defendimus.

inducit ad peccandum, vel ansam dat peccato, & profan[illegible] nominis, quam potuisset impedire. Quoc[illegible] multò con[illegible] tati Christianæ convenientius est, ut Judex fundamen[illegible] proferat, adeoq; illum, quem novit pejeraturum, publicè [illegible] Nam si verè & exploratè sciat, poterit hujus suæ scientiæ rationes [illegible] ferre; quibus prolatis, nec alii urgebunt juramentum, nec Jud[illegible] rit obstrictus esse ad istud deferendum.

QUÆSTIO XI. ET ULTIMA.

Num Romanus Pontifex sit Tyrannus?

UTi vero Magistratui & legitimæ administrationi tyrannis est contraria; Sic Papæ & Papatui eadem est propria. Non Monarchicum; sed tyrannicum est regnum Pontificis, quoniam in eo conspiciuntur omnia tyrannidis documenta.

Tyrannus alius est Absq; titulo,

Politici distinguunt inter tyrannum *absque titulo, vel occupatione;* & tyrannum *exercitio, vel administratione.*

Tyrannus *absque titulo vel occupatione* est, qui Rempublicam sibi non commissam, sine ullo justo titulo vel successionis, vel electionis invadit & occupat, aut vi apertâ, aut malis artibus.

Alius exercitio.

Tyrannus *exercitio vel administratione* est, qui legitimè quidem Princeps est constitutus; sed tamen tyrannicè regit. Sic Machometes primus fuit tyrannus occupatione & administratione, quia sine titulo invasit regna, & gubernavit eadem Tyrannicè. Hodierni Imperatores Turcici sunt Tyranni magis administratione; quàm occupatione, quia vel per successionem, vel per electionem ad Imperium adscendunt.

Jam si Papale regnum, & Monarchiam istam Politico-Ecclesiasticam consideremus, certè Pontificem utroq; modo tyrannum nuncupare possumus.

Pontifex autem tyrannus est 1. Absq; titulo vel occupatione.

Nam I. Tyrannus est absque titulo, vel occupatione, quia malis artibus, quandoque vi etiam, sibi rapuit primatum super omnes alios Episcopos, & potestatem super ipsos Imperatores & Reges, quos è solio dejicere, & regnis suis privare tyrannicè audet. Fingit quidem se Christi vicarium, & Petri successorem esse, istoq; titulo dominium sibi competere. Sed meri prætextus, & vana stratagemata sunt. Probet vocationem suam, quòd à Christo constitutus sit vicarius; sed in æternum hoc probare nequit. Suam Christus ipse administrat Eccle-

ſiam, ſcabioſo Papa ceu vicario non indiget. Quis etiam illu exiſtimet Chiſti eſſe vicarium, qui Chriſto quoad doctrinam, vitã, & regimen contrarius, adeoq; verus ἀντίχριςος eſt? Probet ulterius, talem primatum & Monarchiam Petro uſlibi eſſe vel promiſſam, vel conceſſam, vel ab ipſo uſurpatam. Nos hæc omnia negamus, ut illud etiam, quòd Petro ſuccedat Pontifex, quippe qui nec Petri fidem profitetur, nec Petri mores imitatur, quod noſtri fuſius demonſtrârunt alibi.

II. Tyrannus eſt exercitio vel adminiſtratione, quoniam modus regiminis, præſertim Eccleſiaſtici, ſub Papatu planè eſt tyrannicus, quod oſtendi luculentè poteſt, ſi notæ & indicia tyranni, quæ tradunt Politici, cum Romano Pontifice conferantur. *2. Exercitio vel administratione.*

I. Philoſophus ſcribit lib. 5. Polit. c. 10. ἂν δ' δι' ἀπάτης ἄρξη τις, ἢ βίας, ἤδη δοκεῖ τοῦτο εἶναι τύραννις; *Si quis imperet per fraudes & vim, videtur eſſe tyrannis.* Tale verò eſt imperium Papæ, quia gladio & igne ſtatim ſævit in eos, qui omnia ejus placita non ſuſcipiunt; variis etiam utitur dolis & fraudibus, ut culinam ſuam calefaciat, & curiam ſtabiliat, quò ſpectant lucroſi iſti articuli de *purgatorio*, de *Miſſa*, de *indulgentiis*, &c. Et *quatuor* cumprimis genera technarum Papalium obſervant eruditi: Nam *aliæ* ſunt comparatæ ad offundendas tenebras & creandã ignorantiam, animosq; hominum diſtinendos: *Aliæ* ad congerendas divitias; *aliæ* ad augendam dignitatem Papæ & clericorum; *aliæ* deniq; ad conſervationem rerum partarum, ne quid de acervo minuatur, de quibus omnibus fuſè ſolidèq; diſſerentem vide *Petrum Molinæum* in lib. de Monarchia temporali Pontificis Romani, cap. 26. *Quia per fraudes & vim imperat.*

2. Lib. 8. Eth. c. 10. iterum ſcribit Philoſophus: ὁ μὲν τύραννος τὸ ἑαυτοῦ συμφέρον σκοπεῖ, ὁ δ' βασιλεὺς τὸ τῶν ἀρχομένων, *Tyrannus ſuum, Verus Rex ſubditorum quærit commodum.* Jam verò Papa unicè in hoc intentus eſt, ut bona Chriſtianorum ad ſe rapiat, & magnam pecuniæ vim colligat. Chriſtus everterat menſas collybiſtarum, & de templo mercaturam expulerat; Hanc Papa rurſus introduxit in domum Dei, in ipſo ſacrario faciens inſtitoriam, *vendendo* relaxationem pœnarum, quod cumprimis fit anno Jubilæo, qui eſt quaſi ſpirituale congiarium; *dando* certis templis altaria privilegiata, ad quæ miſſa dicta certo die anni, liberat aliquam animulam de flammis purgatorii, ad ejus optionem, qui miſſæ pretium exſolvit; *commutando* pœnas corporeas in pecuniarias, jejunia & peregrinationes in nummos. Sic magnum habetur aucupium ex cultu, & reliquiis ſanctorum ſuppoſitiis, *Quia ſuũ unicè quærit commodum.*

ex venditione pallii Archiepiscopalis, ex taxa Apostolica, & ... Hinc *Pius II.* qui antea dictus Æneas Sylvius, epistola ... ad ... Peregaldum scribit: *Nihil est, quod absq; argento Romana ... Ipsa manuum impositio & Spiritus Sancti dona venduntur, nec ... venia, nisi nummatis impenditur.* Idem confirmat *Glossa Dec...* Cap. fundamenta, Tit. de Elect. in 6. *Roma fundata a praedonibus, ... de primordiis retinet. Dicta Roma quasi rodens manus.*

3. Quia suos emittit exploratores & coryceos: 3. Tyrannorum proprium est, habere κατασκόπους ... exploratores & coryceos, qui omnia observent, & clam ... rant, teste Philosopho, *lib. 1. Politic. c. 11.* Neq; hi desunt Romano Pontifici. Nam inquisitores hæreticæ, ut loquuntur, pravitatis, quid aliud sunt, quàm corycei Papæ? Cumprimis in hac arte excellunt, & diligentem operam navant Jesuwitæ, qui omnes regiones pervagantur, consilia Principum explorant, & negotiis quibusvis se immiscent, omnia eum in finem, quò solium Papale stabiliatur, & dissentientes vi dolové tollantur è medio.

Quia leges Ecclesiæ fundamẽtales violat. 4. Tyranni leges regni fundamentales violant & subvertunt. Leges verò Ecclesiæ fundamentales sunt Sacrosanctæ Scripturæ divinitus traditæ, omnia credenda & facienda continentes: quas in Papatu multifariam violari, quis est qui nesciat? Cumprimis huc illud pertinet, quòd Pontifex verbum Dei è manibus Laicorum prorsus eripuit. Quum enim Monarchia ejus stet corruptione Sacræ Scripturæ: danda fuit opera, ne populus eam attingeret, neve in sermonem vernaculum verteretur. Inde est, quòd Romæ, in Hispaniâ & Siciliâ capitale est, habere Biblia sermone vulgari; dum scripta profana & impudica passim & impune leguntur: Solum Dei verbum cũ periculo aspicitur. Nimirum id intendis Pontifex, ne populus de sua salute sollicitus, humana figmenta exigat ad regulam verbi divini: cupit ergò leges suppressas, quia sibi malè est conscius. Ista insuper ignorantia populi fructuosa est Papæ. Nam cæci solent esse scrupulosè timidi, faciliusq; eis illuditur, suntq; sequaces, quamcunque in partem impelleris. Eruerunt Philistæi oculos Samsoni, priusquam eum deducerent ad templum idoli; Nam oculatos difficilius est in idololatriam inducere, ut scitè scribit *Molinæus*, loco dicto. Neque verò Scripturam duntaxat Laicis eripit Papa; sed varia insuper addit convitia. Nam quia in lucem per Dei gratiam protracta est iterum, in eo nunc toti sunt Scriptores Pontificii, ut fidem ei abrogent, unde plurima spargunt opprobria, vocan-

vocantes *regulam Lesbiam, cultrum Delphicum, obscuram, imperfectam, litis materiam, judicem non idoneum, non loquentem, & quid non?* Bellarminus libr. 4. de Verbo Dei, cap. 10. ait: *Scripturas non fuisse absolutè necessarias*, & cap. 7. *Quasdam esse traditiones majores quoad obligationem, quàm quasdam Scripturas*; & cap. 12. dicit; *finem proprium & præcipuũ Scripturæ non fuisse, ut esset regula fidei; sed ut esset commonitorium quoddam utile.* Et paulò pôst: *Etsi non est facta præcipuè, ut sit regula fidei; est tamen regula, non totalis, sed partialis.* Carpentarius in Tertia Veritate, contendit, *Scripturam serere magis lites, quàm componere; ancipitem esse gladium: Inde homines fieri Atheos. Nihil habere virium, nisi quatenus placet Ecclesiæ. Fidem haustam ex lectione Scripturæ, non esse Christianam, sed quæsitam, & humanam, & ita credentem non esse Christianum.*

Pari fraude & audaciâ jus summum judicandi de Controversiis, Papa sibi uni vendicavit, atq; sic Scripturæ vel libris fidei, ademta est fides, & divinorũ authorum concidit authoritas. Nec videtur ulla via relicta ad cognoscendam veritatem, quùm ipsa veritatis regula cœperit esse suspecta. Eodemq; astu Ecclesia Romana facta est exlex, ex quo cœpit esse Judex supra legem. Imò Judex ipsius Legis, & dans authoritatem Verbo Dei, quod Scripturis continetur. Sic dum subjicit sibi regulam, ipsa facta est regula; Imò & Judex in illis ipsis causis, quibus tyrannidis postulatur. Sic Scriptura facta est non necessaria, quum præstò sit regula superior & certior, nempe Judicium Papæ, & Ecclesiæ Romanæ, ut iterum pulchrè graviterq; *Molinæus* disserit pag. 342. Summatim ut dicam; committunt Papæ & Papistæ *crimen impietatis, illusæq; Scripturæ*, quia eam penitus contemnunt, parùm ipsi vel nihil tribuunt; certamen ejus subterfugiunt, & turpem fugam meditantur: *Crimen falsi*, quia Christianis obtrudunt libros Apocryphos pro Canonicis; & normas fidei adulterinas, pro veris atq; genuinis: *Crimen calumniæ*, quia Scripturæ Canonicæ authoritatem à solo Ecclesiæ, id est, Papæ, testimonio suspendunt; imperfectam & obscuram esse clamitant, officio totalis normæ, primiq; principii, & veri judicis eam perfungi penitus negant: *Crimen Sacrilegii*, quia textus originalis αὐθεντίαν eruditis, ipsam Scripturam, ejusq; lectionem Laicis, jus interpretandi Ecclesiæ toti suffurantur, & soli Papæ vindicatum cupiunt: quibus effatis omnibus, leges Ecclesiæ fundamentales gravissimè violari, quivis intelligit.

Quia heroicas naturas è medio tollere studet.

5. Tyranni heroicas naturas non ferunt; sed e medio aufer[illegible] consueverunt, quia timent eas, & suis attentatis nefariis [illegible] sciunt. Eodem ingenio præditus est Romanus Pontifex, quippe [illegible] habens & extremè persequens omnes eos, qui non cuncta ejus oracula adorant, sed suum ab ipso dissensum vel in minimo profitentur. Testes hujus rei sunt *Vitæ Pontificum*, à variis conscriptæ. & satis super[illegible] idem evincit quotidiana experientia, ut apodixi prolixâ minimè opus esse censeam.

Quia nec pietatis, nec justitiæ rationem habet.

6. Tyrannus neq; pietatis, neq; justitiæ rationem habet, sed pro lubitu agit, geritq; omnia. Hoc etiam requisitum in Papam optimè quadrare, probare non est difficile.

Pietatis rationem non habet, quia Scripturam, pietatis fontem, Christianis eripit, multisq; modis violat, ut nihil dicam de *falsis*, quæ fingit, *dogmatibus*; de *ineptis*, quas obtrudit, *ceremoniis*; de *electitiis*, quos introducit, *cultibus*; de *multiplici*, quam urget, *conscientiarum carnificina*, & similibus, quæ omnia sunt à vera pietate quàm alienissima.

Justitiæ similiter rationem non habet, quia pro arbitrio disponit omnia, & à nullo vult judicari, adeò, ut *si Papa suæ & fraternæ salutis negligens, innumerabiles populos acervatim secum ducat, primo mancipio gehennæ, nullus tamen mortalium præsumere debeat, istic redarguere culpas illius, quia cunctos ipse judicaturus; à nemine sit judicandus*, uti definitum est in decretis, distin. 40. c. Si Papa, col. 130. Edit. Lugdun. Anno 1605. Huc etiam pertinet *glossa*, causa 9. quæst. 3. cap. Nemo, in verb. Neq; ab omni clero: *Si totus mundus sententiaret contra Papam in aliquo negotio, videtur, quòd sententiæ Papæ standum esset.*

Plura tyrannorum requisita recenset *Tholosanus*, lib. 6. cap. 18. & lib. 22. c. 7. *Bodinus*, lib. 2. cap. 4. *Lipsius* lib. 6. Polit. cap. 5. quæ omnia ad Romanum Pontificem accommodari possunt facilimè, unde Papam non verum Monarcham; sed crudelem potius tyrannum esse, invictè colligitur.

CAPUT

CAPUT III.
DE SUBDITIS.
QUÆSTIO I.

Num Clerici debeant subjecti esse potestati seculari?

Concilium Constantiense sess. 31. decernit & declarat, *Laicos in Clericos nullam habere Jurisdictionem & potestatem.* Concilium Tridentinum, sess. 25. cap. 20. *Personarum*, ait, *Ecclesiasticarum immunitas Dei ordinatione, & Canonicis sanctionibus instituta est.* Bellarminus. lib. de Clericis, cap. 28. *Clerici non possunt à Judice politico puniri, vel ullo modo trahi ad secularis Magistratus tribunal.* Bonifacius Papa latius progreditur, causâ 11. quæst 1. ita definiens: *Quæcunque contentiones inter Christianos oriuntur, ad Ecclesiam deferantur, & ab Ecclesiasticis viris terminentur, & si obedire noluerint, quousque obediunt, à liminibus Ecclesiæ excludantur.* Quid autẽ hoc aliud est, quàm omnes Magistratus civiles velle abrogare, & secularia quævis tribunalia deserta reddere? Verum hic de clericorum exemtione potissimùm disputamus, quorum immunitas nihil aliud est, quàm *imminutio potestatis civilis*, & quantum crescit illa immunitas; tantum decrescit hæc potestas, ut non immeritò Rex Angliæ in præfatione sua monitoria scribat: *Si potentissimus quisque vestrum altè serioque recogitet, penè tertiam populi, soliique vestri partem, Ecclesiæ esse dicatam, nonne illius, quæso, jacturæ sensus animos vestros percutiet, quæ tantum hominum fundorumque vestro juri subtrahat, ut ubique Pontifici coloniæ provinciæque constituantur? Imò, quantum spinarum & tribulorum in mediis vestris ditionibus relinquitur, quum asseratur tam potens hominum factio sub Imperiis vestris nasci, educari, opimisque prædis frui posse, quæ à vestra potestate immunis sit, nec ullo jure vestris legibus judiciisque subjecta? Adeò, ut quum antiquitus Clerici nihil ultra decimas appeterent, iisque contenti viverent; nunc Papa clericorum caput, non nisi tertiâ civium & bonorum ac fundorum parte, in omnibus Regnis ac provinciis acceptâ, acquiescat.*

Affirmativ Pontificii.

Licèt verò Pontificii omnes arbitrentur, clericos à jugo secularis potestatis esse exemtos, quo tamen jure sint exemti, non conveniunt.

Dissentiunt tamẽ, quo jure Clerici sint exemti.

Nonnul-

Nonnulli enim censent, jure divino liberos esse clericos [illegible] bona à potestate Principum secularium. ita docet *Gl*[illegible] & [illegible] *Canonistis*, in can. Si Imperator, dist. 69 & in cap. qu[illegible] [illegible]sibus, in 6. Eadem habet *Johannes Driedo*, lib. 1. de libertate [illegible]na, cap. 9. & *Bellarminus* ipse, qui cap. 28 propos. 5. [illegible] *exemtio clericorum in rebus politicis, tum quoad personas, tum quoad bona* [illegible]*ducta est jure humano pariter & divino.* Idem in Barclajum [illegible] 34. a[illegible]serit: *Clericos non solo privilegio Principum; sed etiam decretis* [illegible]*rum Pontificum, & quod majus est, jure divino exemtos fuisse, a*[illegible] *exemtos fuisse, antequam Principum privilegio eximerentur.*

Alii verò, ut *Franciscus Victoria*, de potest: Ecclesiæ, Relect. 1. quæst. ult. *Dominicus à Soto.* in 4. dist. 25. quæst. 2. art. 2. *Johannes Medina* de restitutione, quæst. 15. & *Covarruvias*, in lib. practicarum quæst[illegible] cap. 31. existimant, clericos esse liberos, jure quidem divino, in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, sed jure humano, in aliis.

Per hæc verò alia intelligunt non modò causas politicas, nec [illegible]tùm solutionem tributorum & censuum ob bona, sed etiam obligationem legum civilium, quippe quibus clericos minimè teneri autumant. Bellarminus quidem hanc propositionem format; *Non esse exemtos clericos ab obligatione legum civilium, quæ non repugnant sacris canonibus, vel officio clericali:* statim verò addit, se loqui non de obligatione coactiva; sed tantùm de *directiva*, quod Becanus parte 1. Theolog. Scholasticæ, tract. 3. cap. 6. quæst. 11. pag. 329. ita declarat: *Non teneri clericos ex obedientia ipsarum legum; sed ex conformitate partium cum toto corpore.* Nam *Clerici*, ait, *non sunt subjecti Principibus secularibus, quum ab eis puniri non possint: Ergò id, quod legibus secularium Principum præcipitur, non tenentur præstare ratione obedientiæ, & subjectionis; sed ut toti Reipublicæ conformes sint.* Quod si ergò non præstant obsequium ratione subjectionis, utique non obligantur propriè per leges civiles. Omnis enim obligatio imponit necessitatem obtemperandi, propter dominium & authoritatem legislatoris. Unde sequitur, clerum Papalem à potestate Magistratus in totum esse exemtum, ita quidem, ut nec per leges bonæ administrationis ad obediendum Jure subjectionis obstringatur.

Nos verò statuimus, Clericos

Nos autem contrariam fovemus sententiam, & statuimus, Episcopos *ac Ecclesiæ ministros potestati civili in temporalibus subjectos esse debere.* Licèt enim in iis, quæ sunt ministerii propria, ut in prædicatione verbi,

verbi, administratione Sacramentorum, & similibus, nemini, nisi Deo & Ecclesiæ subjiciantur; attamen ratione causarum forensium, possessionum, tributorum, & legum civilium, ad bonam Reipublicæ administrationem spectantium, Magistratui meritò subjecti, non ab ejus jurisdictione exemti esse debent. Quod quidem in specie probari posset de singulis, sed nunc universa sumemus junctim, & demonstrabimus tantùm in genere, *Ministros Ecclesiæ à jugo potestatis temporalis non esse eximendos*, pro cujus theseωs confirmatione sequentia nectimus argumenta.

esse subjectos seculari potestati,

Et probamus hoc

I. A generali obedientiæ præcepto. Hujusmodi extat Rom. 13. v.1. *Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit*. Per *potestates* intelliguntur Magistratus politici, qui potentiâ in alios sunt armati, & qui soli portant gladium & tributa accipiunt, utiturq; Apostolus vocabulo abstracto, ut non tam de personis, quibus sæpè vitia insunt, & causæ non obediendi, quã de ordine ipso loqui appareat: Unde Chrysostomus: *Non de hoc vel illo Principe loquitur, sed de ipsa re*. Per *animam* verò non sola pars altera hominis, opposita corpori; sed per Synecdochen Hebraicam totus homo intelligitur. Nam Hebræi & Græci hominem à parte modò vocant *animam*, modò *carnem*, ideoq; omnis anima hîc idem est, quod omnis homo, quo sensu etiam dicitur Gen. 46. v. 27. *Omnes animæ domus Jacob fuerunt septuaginta*. Hinc ergò sic concludimus: *Omnis homo*, nullo excepto, debet Magistratui esse subditus, juxta Apostolum: *Ergò* & Ministri Ecclesiæ, siquidem hi minimè eximuntur in textu; Imò argumenta, quæ pro subjectione afferuntur, generalia sunt, & quosvis Christianos concernunt. Nam Apostolus ratiocinatur (1.) *Ab honesto*, quia Magistratus est ordinatio Dei, cui omnes subjectos esse convenit, *v. 1.* (2.) *A turpi*, quia obedientiam denegare Magistratui, est resistere ordinationi Dei, *v. 2.* (3.) *A pernicioso*, quia contemtus & inobedientia pœnas & ultionem attrahit, *v. 2.* (4) *Ab utili*, quia obsequiũ cum laude & commodo est conjunctum, *v. 3.* (5.) *A necessario*, siquidem ἀνάγκη vel necessitas est obedire, non tantùm propter iram; sed etiam proter bonam conscientiam, cui omnes studere debent, *v. 5.* (6.) *A connexis*, quia solvimus tributa Magistratui, & hanc ob causam obsecundare etiam debemus, *v. 6. 7.*

A generali obedientiæ præcepto.

Hæ sunt rationes Apostolicæ pro obedientia Magistratui debita. *Jam verò* quos istæ rationes obligant, illi subjecti esse debent. *Sed rationes istæ* obligant quoq; ministros Ecclesiæ, quippe qui similiter hone-

ftum eligere, turpe & perniciofum fugere, fru[illegible] of[illegible] [illegible] conſcientiam retinere, & tributa ſolvere tenentur. *Erg[illegible]* [illegible] clesiæ Magiſtratui ſubjecti eſſe debent.

Sunt verò, qui excipiunt, *per anim[illegible]m int[illegible] ab Ap[illegible] [illegible]es animales & carnales, qui ſint diſtinguendi a[illegible] [illegible] pro[illegible]tionem* Origenis.

Sed reſpondeo, 1. *Origenis* expoſitio ine[illegible]ta eſt & [illegible]olen[illegible] [illegible]g[illegible]rantia Hebraiſmi orta, ſecundum quem anima [illegible] [illegible] homo; ut Gen. 14. v. 21. *Da mihi animas*, id eſt, homines. Die Leute[illegible] *[illegible]a tolle tibi.* Ezech. 18. v. 19. *Anima, quæ peccaver[illegible], mor[illegible]tur.* A[illegible] v. [illegible]. *appoſitæ fuerunt eo die animæ circiter 3000.* 1. Pet. 3. v. 20. *Octo an[illegible]is, [illegible]e ſunt.* 2. Principium petitur, quòd anima hîc ſumatur pro homine [illegible]mali & carnali, ſeu pro ſolo Laico.

3. Rationes in textu additæ ſunt generales & non minus [illegible]icos, quàm Laicos obſtringunt.

4. Origeni opponimus *Chryſoſtomum*, qui in hunc locum ita commentatur: *Oſtendit Apoſtolus, quòd iſta imperentur om[illegible]ibus, & Sacerdotibus & Monachis, non ſolùm ſecularibus: id quod ſtatim in ipſo [illegible]ordio declarat, quum dicit:* Omnis anima poteſtatibus ſupere[illegible]inenti[illegible]s ſubdita ſit, *etiamſi Apoſtolus ſis, ſive Evangeliſta, ſive Propheta, ſive quisq[illegible]is tandem fueris. Neq; enim pietatem ſubvertit iſta ſubjectio.* Et ne quis [illegible]egerat, parendum fuiſſe Principibus Ethnicis, cogente neceſſi[illegible], at ſecus ſe rem habere ſub Principe Chriſtiano; Chryſoſtomus p[illegible] [illegible]pat, ſic loquens, εἰ γὰρ ἑλλήνων ὄντων τότε τῶν ἀρχόντων ταῦτα ἐνομοθέτησε, πόσῳ μᾶλλον ἐπὶ τῶν πιστῶν τοῦτο γίνεσθαι χρὴ; *Nam ſi Ethn[illegible] [illegible] imperantibus hanc legem ſanxit, quanto magis ſub fidelibus hæc fieri o[illegible]rtet?* Sic *Bernardus* Epiſt. 42. *Omnis*, inquit, *anima poteſtatibus ſubl[illegible]ribus ſubdita ſit. Si omnis, & veſtra. Quis vos excipit ab univerſitate? S[illegible] quis tentat excipere; conatur decipere.*

5. *Origenes* ſatis declarat, quum addit: *Petrus & J[illegible]hannes nihil habebant, quod Cæſari redderent. Dixit enim Petrus,* Aur[illegible] & Argentum non habeo. *Qui hoc non habet, nec Cæſari habet, q[illegible] re[illegible] nec unde ſublimioribus ſubjaceat poteſtatibus. Qui verò habet pecun[illegible], a[illegible]t poſſeſſiones, aut aliqvid in hoc ſeculo, audiat:* Omnis anima [illegible]te[illegible]at[illegible]us ſecularibus ſubjaceat. *Jam verò* nos ſubſumimus: Epiſc[illegible]p[illegible], Præla[illegible], & cæteri plerique habent pecuniam & poſſeſſiones. Ergò juxta Origenis mentem, poteſtatibus ſecularibus ſubjacere debent.

P[illegible]

Pro illustratione hujus argumenti notetur præceptum ejusdem Apostoli, Tit. 3. v. 1. *Admone illos, Principibus & potestatibus subditos esse, & dicto obedire.* Sic Petrus hortatur, 1. Epist. 2. v. 13. *Subjecti estote omni humanæ creaturæ sive Regi, sive præfectis ejus, quia sic est voluntas Dei.*

II. Ab exemplo Sacerdotum in Vet. Testamento. Si Sacerdotes Veteres, Regum potestati fuerunt in civilibus & criminalibus subjecti, utique & clerum Novi Testamenti subjectum esse oportet, quum nulla diversitatis ratio hîc allegari queat, & ipse Bellarminus *Propos. 5.* pro contrario obtinendo similiter concludat. Sed verum est antecedens. Erit igitur verum & consequens. Minor probatur, *quia* nec Levitæ, nec Summus Pontifex alio usi sunt jure in Republica Israelitica, quàm communi. Nec habuerunt Judices Ecclesiasticos, diversos à civilibus, nec carceres Leviticos, nec jus fuit Pontifici, quandocunq; esset in Republica Rex aut Princeps secularis, pœnas corporeas aut pecuniarias infligere. Accedunt exempla multorum Regum, qui jurisdictionem omnem exercuerunt in Sacerdotes. Sic *Salomon* deposuit Abjatharum; *Josaphat* Sacerdotibus & consiliariis suis potestatem dedit instaurandi cultum; *Joasius* Sacerdotum & Jojadæ Pontificis negligentiam coarguit: *Josias* Sacerdotum ossa super altaria ipsorum combussit, templum repurgavit, & Pascha ex libro legis restituit. *Ab exemplo Sacerdotum in V. T.*

III. Ab exemplo Christi. Si Christus ipse subjectionem & obedientiam præstitit Magistratui, tum in personalibus, tum in realibus, eandem Christi ministros quoque præstare fas est. Verum prius. Ergò & posterius. *Minor* probatur, quia Joh. 19. v. 11. ait, *Non haberes potestatem super me ullam, nisi tibi datum esset desuper.* In quem locum scribit *Bernardus*, ad Archiepiscopum Senon. *Quid secularitatem contemnis? Nemo secularior Pilato, cui Dominus adstitit judicandus. Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi tibi datum esset desuper. Jam tunc pro se loquebatur & in se experiebatur, quod per Apostolos clamavit in Ecclesiis: Non est potestas, nisi a Deo.* Sic Matth. 17. v. 27. vectigal solvit pro se & Petro, non utens jure libertatis, quod habebat, vitandi scandali causâ, ne quis ejus exemplo libertatis jus sibi sumeret, quod nō haberet. Fatemur quidem, Christum, quū fuerit Dominus omnium, jure non fuisse subjectū, nec ex necessitate solvisse tributū. Interim tamen solvere voluit, ne præberet scandalū, ideoq; multò magis ministri, quibus nullū competit dominium, subjecti esse, & vectigal dare tenentur. Quale autem tributum id fuerit, hîc prolixè excutere nō possumus. Videatur *D. Lyserus,* *Ab exemplo Christi.*

lib. 4. Harm, c. 91. mihi p. 472. & seqq. Et notetur [illegible] *Ambrosii*, qui citatur can. Magnum quidem, causa 11. q[illegible]. *Magnum quidem est, & speciale documentum, quo Christiani viri sub[illegible] statibus docentur esse subjecti, ne quis constitutionem terreni Regis [illegible] solvendam. Si enim censum filius Dei solvit, quis tu tantus es, qui [illegible] non solvendum?*

Ab exemplo Pauli. IV. Ab exemplo Apostoli Pauli. Nam *Actor. 25.* [illegible] appellavit à Synedrio Hierosolymitano ad Cæsarem, & dixit, v. [illegible] *Ad tribunal Cæsaris sto, ubi me oportet judicari.* Notandum hic est verbum *oportet*, quippe quod innuit, appellationem istam non tantum [illegible] facti; sed juris. A quo enim & coram quo aliquem judicari oportet ille est judex competens & legitimus, ejusq; potestati subjecti sunt, qui ad tribunal ipsius appellant, & coram isto judicari debent. Ne quis etiam putet, astu declinatum esse à Paulo periculum. Lucas *Act. 23. v. 11.* docet id ab eo factum impulsore Domino. Bellarmin. verò [illegible] cap. 3. in Barclajum asserens, *causam Pauli fuisse spiritualem*, videl. *de resurrectione & ceremoniis*, ideoq; ejus cognitionem ad Principem Ethnicum non pertinuisse. Aliud enim fuisse caput accusationis, idq; præcipuum docent verba Tertulli accusatoris, Actor. 24. v. 5, *Invenimus hunc hominem pestilentem, & moventem seditionem inter omnes Judæos toto orbe*; & c. 25. v. 7. *Judæi multis gravibus criminationibus Paulum onerant, quas non poterant probare.* Ipse Paulus v. 8. sic agit, ut in causa civili. *Neque* (inquit) *in legem Judæorum, neq; in templum, neq; in Cæsarem quicquam peccavi.* Neq; sanè credibile est, tantum Apostolum, qui mortem pro causa Evangelii ultrò expetebat, *Act. 20. v. 24. c. 21. v. 13.* voluisse [illegible] mortis declinare ad Judicem illegitimum, & pessimo exemplo Ecclesiæ commodis præjudicare.

A constitutionibus Imperatorum. V. A constitutionibus Imperatorum. Hi enim Clericos legibus politicis subjiciunt, sicut expresse statuitur l. 10. C. de mand. Princ. *Omnes secundum leges vivant, etiamsi ad divinam domum pertineant.* Sic authenticâ Presbyteri, C. de Episcopis & Clericis, dicitur: *Presbyteri, seu Diaconi, si falsum testimonium perhibuisse convincantur, siquidem in causa pecuniaria, à divino ministerio duntaxat per tres annos separati, monasteriis pro tormentis tradantur. Sed si in criminali, clericatus honore nudati legitimis pœnis afficiendi sunt. Cæteri verò clerici, communi jure ab officio Ecclesiastico repulsi sine delectu causæ, verberibus coerceantur.*

Ejusdem

Ejusdem tituli lex 28. hæc habet: *Caveant autem hi, qui ita exibunt ex monasteriis, ne de religione vel doctrina disputent, vel conciliabulis præsint, vel turbâ concitatâ simpliciorum animos seducant: scituri quòd si nostræ pietatis statuta neglexerint, legum auctoritati subjicientur.* Est autem Lex Leonis & Anthemii A.A. Iidem Augusti lege 31. ejusdem tituli hæc sanciunt: *Si quis hanc sanctam & venerandam antistitis sedem pecuniæ interventu subiisse; aut si quis ut alterum ordinaret vel eligeret aliquid accepisse detegitur, adinstar publici criminis, & læsæ Majestatis accusatione propositâ, à gradu Sacerdotii retrahatur, nec hoc solùm deinceps honore privari, sed perpetuæ quoq; Infamiæ damnari decernimus.* Cod. lib. 1. Tit. 6. Ne sanctum Baptisma iteretur, Honorius & Theodosius A.A. hæc edicunt: *Si quis rebaptisare quempiam ex ministris Catholicæ sectæ fuerit detectus, unà cum eo qui piaculare crimen commisit, (si tamen criminis per ætatem capax sit) & hic, cui persuasit, ultimo supplicio percellatur.* Justinus Augustus, leg. 41. ejusdem tituli de Episcopis & Clericis: *Absurdum Clericis est, immò opprobriosum, si peritos se velint ostendere disceptationum forensium, temeratoribus hujus sanctionis pœnâ quinquaginta librarum auri feriendis.* Lex sequens, quæ est Juliani, sic concluditur: *Jubemus eos, qui in suspicionem venerint, aliquid horum ausu temerario prætermisisse, primùm quidem ex Domini Dei judicio periculum, ac deinde positas in hac lege pœnas sustinere.* Clericos autem alloquitur. Lege 2. si Clericus Cod. lib. 1. de Episcopali audientia: *Si Clericus ante definitivam sententiam frustratoriæ dilationis causâ, ad appellationis auxilium convolaverit, multam quinquaginta librarum argenti, quam contra ejusmodi appellatores sanctio generalis imponit, cogatur expendere.* Est autem lex Valentiani, & Valentis Augustorum. Eodem titulo, lege 6. *Si tanta Clericorum aut monarchorum audacia est, ut bellum potius quàm judicium futurum esse existimetur, ad clementiam nostram commissa referantur, ut arbitrio nostro mox severior ultio procedat.* Estq; Lex Arcadii & Honorii A.A. In quibus omnibus legibus hoc præcipuè observandum est, eas esse scriptas non ad Episcopos aut Magistratus Ecclesiasticos, qui nulli tunc erant, sed ad præfectos Prætorio, & Magistratus civiles. Deniq; Justinianus, quanquam summâ in Clericos indulgentiâ, severas leges edicit in clericos aleatores & indulgentes spectaculis: præcipuè verò *l. Certissimè. Cod. de Episcopali audientia.* Nihil molli & de harum legum rigore & authoritate, qui dixerit, *clericos non fuisse subditos pœnis civilibus, nisi post exauctoratione ab Episcopo.* Nam par auctoritas Principis, sive non exauctoratum puniat,

five puniat post exauctorationem ab Episcopo justu Princ... & Episcopus teneatur in eo obsequi Principi. Clericos vero ... sistere coram tribunali civili, docet clarè l. omnes 33. Cod. ... Episcopis & Clericis.

Omnes, qui ubiq; sunt, vel posthâc fuerint Orthodoxa fidei ... & Clerici, cujuscunq; gradus sint, monachi quoq; ... nullius penitus majoris minorisvé sententiæ Judicis ad extranea judi... bantur. aut provinciam, aut locum, aut regionem, quam habitant, ... gantur: nullus eorum Ecclesias vel monasteria propria ... necessitate jubeatur, sed apud suos judices ordinarios, id est ... rectores in quibus locis degunt, Ecclesiarũ ministeriis obsecundent, ... contra se agentium excipiant actiones, &c. Ex lege 37. *Omnes præterea ... rorum clarissimorum provincias moderantium sententiis, ... gii differentia, (qui tamen præsidiali jurisdictioni subjecti sunt) sive ... vel quilibet Clerici aut Monachi, aut cujuslibet conditionis sint, pariter respondere decernimus, &c.*

Episcopis verò forum & Judicia in rebus civilibus Clericorum habere concessum, sed ut arbirris sponte electis. & sine jurisdictione coactiva, docet l. Si quis, Cod. lib. 1. de Episcopali audientia: *Si quis ex consensu apud sacræ legis antistitem litigare voluerint, non vetabuntur: sed experientur illius in civili duntaxat negotio, more arbitrii, sponte residentis judicium. Quod his obesse non poterit, neq; debebit, quos ad prædicti ... itoris examen conventos potius abfuisse, quam sponte venisse constiteri.* Nec minus diserta est Novella Valentiani, 3. Tit. 12. de Episcopali Judicio: *Quum inter Clericos jurgium vertitur, & ipsis litigatoribus convenit, habeat Episcopus licentiam judicandi, præeunte tamen vinculo compromissi, quod & de laicis si consentiant, autoritas nostra permittit, aliter eos judices esse non patimur, nisi voluntas jurgantium interposita (sicut dictum est) conditione precedat, quoniam constat Episcopos & Presbyteros forum non habere, nec de aliis causis secundum Honorii & Arcadii, divalia constituta, quæ Theodosianum corpus ostendit, præter religionem posse cognoscere. Si ambo ejusdem officii litigatores nolint, vel alteruter, agant publicis legibus, & jure communi.*

Semper autem ad Principem, & Civilem Magistratum dabatur provocatio, ut habetur in Authent. si ex Imperiali. Cod. de Episcopali audientia: *Si ex Imperiali jussione, aut Judiciali præcepto Episcopus judicat inter quascunq; personas, appellatio aut ad Principẽ, aut ad eum qui transmisit*

misit negotium, transferatur. Et Novellæ 83 Rubrica hæc est: *Ut Clerici apud proprios Judices conveniantur, & post hoc apud civiles Judices.* Quæ etiã fuit sanctio Regum Gothorũ in Italia, ut legitur apud Cassiodorum Variarum lib. 8. Epist. 24. & semper licuit litigantibus declinare forum Episcopi, ut docet lib. 29. ejusdẽ tituli, §. Has autem: *Si civilium rerum controversia sit, volentes quæstionem apud Antistites instituere patiemur, invitos tamen non cogemus; quùm Judicia civilia sint, si ea adire maline, apud quæ licet etiam de criminibus cognoscere.* Carceres autem ne quis habeat sine jussu Imperatoris, cautum eodem titulo, *l. 22.* Tantùm jubentur Episcopi semel septimanâ conjectos in vincula visitare.

VI. A conditione Clericorum. Quicunq; est civis & pars Reipublicæ, is subjectus esse debet legibus & Magistratui. At verò Clerici sunt cives & partes Reipublicæ, in quâ vivunt, non diffitente *Bellarmino*. Ergò Clerici subjecti esse debent legibus & Magistratui, idq; non tantùm quoad obedientiam; sed etiã quoad pœnam; nec tantùm directivâ; sed quoq; coactivâ obligatione, quùm omnes cives legibus suæ civitatis subjiciantur, non tantùm propter iram; sed etiã propter conscientiam. Et si Clerici volunt defendi à Magistratu & Principibus, æquum etiam est, ut subsint Principibus. Nec enim ulla est ratio, cur qui Regis curâ præsidio ac impensis defenditur, non debeat Regi obsequium? An Rex conscribet copias ad protegendos homines, suo imperio non subditos? Si ergò hostis incurset Clericorum prædia, si eos cædat, agat, rapiat, nulla est causa, cur Princeps teneatur opponere se hosti, ad eorũ defensionem: Dicet enim, se teneri ad defensionem subditorum; hos verò non esse subditos; Eis aliũ esse Principem, nempe Papam, qui ex prædiis & possessionib. Ecclesiasticis magna capiat emolumenta, ad quem debent recurrere: Ejus esse sumtum facere, qui fructum percepit. *A conditione Clericorum.*

VII. Ab incommodo. Nihil potest Reipublicæ esse nocentius, quàm in sinu fovere illos, contra quos, si omni te affecerint injuriâ, mutire non audeas; qui alienæ potestati fidem dederint, & ad illius nutum arma coguntur sumere: *At verò* Clerici à jugo secularis potestatis exemti, sunt hujusmodi, quippe Pontifici Romano obstricti, & illius duntaxat forum agnoscentes.

Quare tali exemtione nihil potest esse nocentius. Si n. Papa præcinat classicum, tot quæq; Respublica expertura esset exercitus, contra se, quot alit cœnobia Monachorum, quot conventus Sacerdotum, quot capitula Canonicorũ. Preterea omnis ista exemtio, quid aliud est, quàm *Ab incommodo.*

vela-

velamen malitiæ, quo ſua ſcelera obtegere conantur Cl[illegible] ſeveritatem legum? Pertinet huc elegans diſcurſus Petri [illegible] in lib. de Monarchia Pontificis, cap. 8. pag. 165 ita ſcribit [illegible] *regnum habet ultra trecenta hominum millia, qui ſub [illegible]tentu [illegible] & monachatus, functionumq́; Eccleſiaſticæ jugum Regis excuſſerunt, [illegible] à Rege ſummum Principem agnoſcunt, non modo in ſpiritualibus, [illegible] temporalibus.* Hi non poſſunt coram civili judice conveniri. [illegible] bent Judices peculiares, quos *O[illegible]ales* vocant, ſuos carceres, [illegible] nas, & provocationes Romam. Quin & liberi, ſimul ac ſocie[illegible] Eccleſiaſticæ nomen dederunt, exemti ſunt a paterna poteſtate. [illegible] poſſident trientem, & eò amplius, fundorum & poſſeſſionum totius Regni ſub titulo *immunitatis*. Neq; enim ſunt vectigales, nec pendent tributa, nec ſuo Regi laboranti tenentur ferre ſuppetias, nec debent nom[illegible] fundorum & prædiorum, quæ poſſident, ſuo Regi ulla ſervitia p[illegible]onalia, aut adjumenta pecuniaria: ut vetatur *Titulo de Immun[illegible]ate Eccleſiæ, cap. 3. in 6.* Tuti quidem Regis præſidio; ſed nihil conferentes ad Regni tutelam & defenſionem Reipublicæ. Quantum autem Rex inde capiat detrimenti, hinc conſtat: quòd Laicus feudarius ſeu Valvaſor, feudum aliquod poſſidens, tenetur ad Domini ſui defenſionem equos, arma, vitamq́; ipſam conferre, & Regi vocanti ſedulus aſſiſtere. Idem ſi moriatur, vel ſi fundum ſuum alteri vendat, & poſſeſſio quocunque modo mutet dominium, ſemper ad Dominum feudalem fructus aliquis pervenit, & homagium, Sacramentumq́; fidelitatis re[illegible] Domino alioqui non daturo inveſtituram feudi, nec miſſuro acquiſitorem in poſſeſſionem rei emtæ. Par ratio in fundis plebeis, ſeu cenſualibus, quæ in lodiis & venditionibus fructum afferunt Domino feudali, ſeu duodecima pars precii ad eum pertinet, ſeu quid aliud, pro varietate conſuetudinum municipalium. Tum ſi feudum poſſidens, aut Vaſallus in Dominum ſuum deliquerit, ſi ejus vitæ fuerit inſidiatus, ſi in acie vulneratum ab hoſtibus deſeruerit: vel (ut dicitur *lib. 1. de Feudis, Tit. V.*) Si Dominum cucurbitaverit, id eſt, cũ ejus uxore aut filia conſueverit; tunc feudarius aut vaſallus poſſeſſione ſuâ excidit. At ſimul ac feudũ aut prædium plebeium venit in manus Eccleſiæ, excidit Rex, & quilibet Dominus ſuo jure, & in æternum dominio ſuo fraudatur. Nam *Eccleſia* (ſic enim Clericos vocant, quaſi cæteri ſint extra Eccleſiam) corpus eſt nunquam moriens, & in cujus manus poſtquam venerunt poſſeſſiones ac feuda, vix unquam ac ne vix quidem accidit, ut

Domi-

Dominum mutent, & in laicorum veniant potestatem. Sed & Ecclesia, quæ feudum acquisivit, nullum eo nomine debet servitium personale. *Idem paulò pòst*, p. 267, *Clericos videas indies augere rem, prædia opima adipisci, adire amplissima patrimonia, captare locupletum morientium testamenta. Quibus divitiis idem accidit, quod* animantibus, euntibus ad specum Leonis ægri, quorum vestigia omnia adversa, nulla aversa videbantur. Nam Clerici ad excipiendas laicorum fortunas, vias habent innumeras, ad reddendas verò, & ad refundendum quod acceperint, nullam. Quemadmodum igitur turgescente ventre, crura & brachia tenuantur: Sic in corpore Reipublicæ, nobilitas & populus, qui sunt quasi lacerti & crura, concidunt macie, dum Clericale abdomen enormi tumore attollitur. Hinc est, quòd olim Reges nostri ex Regno longè minori longè majorem conscribebant exercitum; nam Clerici erant pauci, præ ista infinita multitudine clericorum & monachorum; quæ forum, quæ curiam, quæ taberna, quæ exercitus impleret: & nobilitas hodiè ad minorem numerum redacta & nudata fortunis, quæ ab Ecclesia possidentur, non habet, quo debita Regi servitia obeat.

VIII. Ab absurdo. *Lex divina*, inquit Barclaius, c. 34. de potestate Papæ, *neminem privat jure & dominio suo*; Privaret autem, si per eam jus temporale, quod Principes, antequam fierent Christiani, in Clericos habebant, invitis auferretur. *Bellarminus* cap. 34. contra Barclaium excipit: *Nisi quis suâ culpâ privari mereatur.* Sed quam quæso Principes culpam committunt, quum Ethnicismo relicto, Christiani fiunt? *Ab absurdo.*

XI. A testimonio Gregorii Magni. Hic quamvis esset Romanus Episcopus, nihilominus Imperatorem *Mauritium* agnovit Dominum suum, & totius Cleri, petens, ut ita dominetur eis, quò etiam unà debitam reverentiam impendat, *lib. 4. Epist. 31.* Sic *lib. 2. epist. 65.* fatetur, Principi datam potestatem non tantùm super milites, sed & Sacerdotes. *A testimonio Gregorii Magni.*

Argumenta plura qui desiderat, is evolvere potest ex vetustioribus *Defensorem pacis*, à Marsilio Patavino scriptum, par. 2. cap. 3. & seqq. ex recentioribus tractatum Dn. *Arnisæi*, de subjectione & exemtione Clericorum, cap. 2. & 3. cumprimis Dn. D. *Gerhardi* Tom. 6. LL. CC. p. 1235. & seqq.

Objectiones.

I. A decretis Conciliorum. Urget hæc Bellarminus, & putat

In contrariū urgent Pontificii Decreta Conciliorum.

Clericos per illa sic eximi, ut tametsi leges [illegible] les, quæ Canon[illegible] cr[illegible]s vel officio Clericali non repugnant, teneantur serv[illegible] non [illegible] possint à Judice politico puniri, vel ullo modo trahi ad [illegible] cul[illegible] [illegible]stratus tribunal, quem in finem citat Concilium *Chalcedon[illegible], [illegible]thense, Carthaginense 3. Toletanum 3.* &c.

Respondeo 1. Debebant Pontificii è Scripturis probare om[illegible]dam illam immunitatem: Nunc verò Concilia profer[illegible], quæ [illegible] verbo Dei, nec juribus Magistratus præjudicare queunt. Sunt enim [illegible] aliud, quam multitudo Ecclesiasticorum, qui potestatis & i[illegible] modicæ libertatis justo fuerunt appetentiores, ideoq; decreta de exemtione c[illegible] conniventibus vel etiam invitis Principibus facta, non obligant.

2. Citata Concilia vel depravantur, falsâ interpretatione, vel de privatis tantùm litibus inter clericos componendis, non au[illegible] [illegible]nimoda immunitate agunt. Pleraq; etiam hoc tantùm volunt, [illegible] [illegible]ctio prius ventiletur, apud Episcopum proprium, priusquam ad secularia provocetur judicia, ne Ecclesia sperni videatur, & [illegible] ordo vilescat.

Decreta Pontificū.

II. A decretis Pontificum. Hi clerum potestate civili simpliciter exemerunt, tam in criminalibus, quàm in civilibus. Videatur *[illegible] quæst. 1. c. Nullus judicium.* Bonifacius VIII. *de immun. c. Clericis.* Benedictus XI. *Extra de immunit.*

Resp. Est mera petitio Principii, quia hæc ipsa decreta vocantur in dubium, & de valore illorum disputatur. Nec enim Pontifices in propria causa judiciū ferre queunt. Neq; valet quis plus potestatis aut juris transferre in alium, quàm ipse habeat. Si ergò ipsi Pontifices subjecti fuerunt supremæ potestati civili, utique alios ab ea eximere nullo jure potuerunt.

Privilegia Imperatorum.

III. A privilegiis Imperatorum. *Quicquid* ab his concessum est, illud meritò propugnatur. *Sed* omnimoda exemtio Clericorum tum à judiciis; tum à tributorum exactionibus, concessa est ab Imperatoribus, *Novell. 70. 83. 123.* Quare meritò propugnatur.

Resp. 1. Si Clerici ex privilegiis & donatione Principum immunitates illas obtinent, utique non divino, sed humano tantùm jure exemti sunt, cujus tamen contrarium assumunt Canonistæ.

2. Hæc ipsa privilegia indicant, Ecclesiasticos ad jurisdictionem Principum pertinere, quum aliàs illa conferri non potuissent.

3. Accipiens privilegium, non statim cessat subesse ei, à quo accipit.

cipit. Nec enim Principes eximuntur à poteſtate Imperatoris,nec civitates aut nobiles,à poteſtate Principum,quamquam ab iis ſua habeant privilegia.

4. Exemtio illa non eſt omnimoda & abſoluta: ſed limitata. In cauſis enim civilibus ſtatutum eſt, ut clerici primùm conveniant Epiſcopum, ne ab officiis ſuis abſtrahantur, nec ab Eccleſiis ob actionem in foro abeſſe cogantur. In criminalibus tamen publicis Imperii Judiciis ſubjectos eos eſſe voluit *Juſtinianus*, ut patet ex Novell.5. 16.37. 67.79. 83. 86. 123. &c.

5. Imperatores & Principes ſunt Dei miniſtri, ejusq; nomine geſtant gladium. Quare ſuâ quadā authoritate ab obedientia,bonis legibus debita,neminem poſſunt eximere,quia divino alias juri per hominum leges derogaretur. Sic pater nequit abſolvere filium, ne eum honoret; nec maritus uxorem, ne ſubſit;nec præceptor diſcipulum, ne diſcat, quia hæc omnia ſunt juris divini & naturalis, cui nullum jus humanum derogare poteſt.

6. Privilegia perduntur per abuſum, ſcandalum & delictum. At Clerici fœdiſſimè abuſi ſunt iſtis immunitatibus, ad luxū & ignaviam, ad damnum Reipublicæ,& varia flagitia. Jamdudum igitur privilegia illa perdiderunt,nec amplius prætendere queunt.

IV. A dicto Conſtantini Magni. Refert illud *Ruffinus*, lib 10. Hiſt.c.1. cujus verba ſic habent: *Sed in eo Concilio admirabile factū Principis non puto reticendum;Etenim quum ex omnib.penè locis Epiſcopi convenisſent,(& ut fieri ſolet)diverſis ex cauſis inter ſe quædā jurgia detuliſſent,interpellabatur frequenter à ſingulis:offerebantur libelli, culpa proferebantur, & magis ad hæc,quàm ad id,pro quô ventū fuerat,animos dabant.At ille videns,quod per hujusmodi jurgia cauſa ſummi negotii fruſtraretur,diem certū ſtatuit,quo unusquisq; Epiſcoporū, ſi quid querimoniæ habere videretur, deferret.Et quū reſediſſet;ſuſcepit à ſingulis libellos, quos ſimul omnes in ſinu ſuo continens,nec in eis quid cōtineretur,aperiens,ait ad Epiſcopos:* Deus vos conſtituit Sacerdotes, & poteſtatē vobis dedit de nobis quoq; judicandi,& ideò nos à vobis rectè judicamur.Vos a. non poteſtis ab hominib. judicari.Propter quod Dei ſolius inter vos expectare judicium,& veſtra jurgia quæcunq; ſint,ad illud divinū reſerventur examen. Vos etenim nobis à Deo dati eſtis dii,& conveniens non eſt, ut homo judicet Deos, ſed ille ſolus, de quo ſcriptum eſt: Deus ſtetit in ſynagoga Deorum,in medio a. Deos diſcernit, *Et ideò his omiſſis, illa quæ ad fidem Dei pertineat,* *Dicti Conſtantini Magni.*

 abſq;

absq; ulla animorum cont... te. Hæc ex Ruffino ... ferunt Romanenses, Clericos a Magistratu politico non esse ... dos vel puniendos, quum dii sint, qui de omnibus judicent, ... judicentur.

Respondeo 1. Ex ipso Episcoporum facto facile est colligere, ... illi non Pontificem, sed Imperatorem Romanorum causarum ... Judicem legitimum ac competentem esse censuerint, alioqui ... sua minimè ad illum detulissent.

2. Constantinus dicit, *quod solius Dei expectare debeant ...* Ergò non remisit ad tribunal aliorum Episcoporum, vel Papæ R...

3. In genere ait, *Vos non potestis ab hominibus judicari*. At verò Pontifex est homo. Quare nec ab illo judicari pōterunt Clerici. Certū enim est, si ipsa verborū litera urgeatur, quòd inde nō tantùm exemtio à foro Politico, sed potiùs exemtio ab omni humano judicio probari possit.

4. Loquitur Constantinus de omnibus ibi congregatis Episcopis, & honoris causâ illis attribuit *Deorum* titulum. Non igitur soli Papæ conveniet, neq; hic solus judiciali potestate super cæteres omnes eminebit, quum nulla hujus eminentiæ ibi fiat mentio.

5. In Scipturis non Episcopi, sed magistratus vocantur Dii, *Psal. 82. v. 6. Joh. 10. v. 34*. Quòd si ergò alii Diis debent esse subditi, sane & Episcopi magistratui subditi esse debent.

6. Dictum *Constantini* non fuit lex eximens Episcopos a jurisdictione civili, quippe quum etiam in causis Episcoporum judicium ille aliàs exercuerit, teste historiâ Ecclesiasticâ: Sed fuit tantum pia & laudanda admonitio, ut pacem colerent, mutuas injurias condonarent, & ita conciliatis animis principalem controversiam de divinitate Christi eò citius & felicius componere possent. Hinc suæ admonitionis finem ipse indicat, quando concludit: *Ideò his omissis, illa, quæ ad fidem Dei pertinent, absq; ulla animorum contentione distinguite.*

7. Ruffini allegatio nobis suspecta est, siquidem *Socrates & Sozomenus*, quibus major, quàm Ruffino compilatori, fides habenda, longè aliter, & probabilius verba Constantini referunt. *Socrates* quidem lib. 1. histor. Ecclesiastic. c. 5. *Postquam*, ait, *ab omnibus, ut temporis opportunitas postulabat, factum erat silentium, Imperator ibi ex sella orationem hortatoriam habere cœpit, quâ illos ad consensionem animorum, & concordiam commoveret, inq; ea consilium dedit, ut quicquid offensionis menti cujusquam privatim contra alterum resideret, prorsus deponeretur.* Etenim

com-

complures eorum alter alterum accusaverant; multosq; supplices libellos pro se singuli pridiè ejus diei Imperatori obtulerant. Ipse autem, ut ad propositum negocium, quo de convocati erant, se totos converterent, sedulò hortatus est, & libellos istos comburi jussit, istamq; solùm adjecit sententiam: Christum *præcepisse, ut qui veniam impetrare contendat, fratri ipse veniam det.*

In his verbis Socrates non meminit, quòd Constantinus Episcopos vel Deos vocaverit, vel exemtionem ab omni judicio tribuerit, sed quòd SOLUM istam adjecerit sententiam, *Christum præcepisse, ut qui veniam impetrare contendat, fratri ipse veniam det.* Sozomenus hanc admonitionem paulò prolixius recenset, lib. 1. Histor. Ecclesiast. cap. 16. ita scribens: *Multi ex numero Sacerdotum, qui (uti evenire solet) tanquam ad causas suas privatas disceptandas, in unum convenerant, tempus opportunum sibi jam oblatum putârunt, & ad res corrigendas, quæ ipsorum animos offendissent. Itaq; singuli libellum de criminibus, quæ aliis objicerent, Imperatori offerre, & peccata in se admissa jam ante exponere cæperunt. Quum autem istud in dies ferè singulos accideret, dat mandatum Imperator, ut singuli crimina, quæ aliis objicere constituerant, ad certum diem proponerent. Ubi dictus dies venit, Imperator sibi libellis acceptis;* Istæ, *inquit*, criminationes tempus quidem sibi præstitutũ habent; diem videlicet magni Judicii: judicem autem, qui sit tum de omnibus sententiam pronunciaturus: Mihi verò non est fas, quum homo sim, ejusmodi causarum cognitionem arrogare; præsertim quum & qui accusantur, Sacerdotes sint. Nam non deberent se tales præbere, ut ab altero judicentur. Age igitur, deletis criminibus, exemplum divinæ clementiæ in danda mutuò venia imitati, jungamus amicitiæ fœdera; & fidei negotia, quæ nos in hunc locum convenire compulerunt, seriò pertractemus. *Hâc habitâ oratione, Imperator jubet tum criminationes illatas nullius momenti esse, tum libellos comburi, diemq; præstituit, ad quem de rebus fidei vocatis in controversiam, decideretur.* Proclive est hinc colligere, quæ Constantini mens fuerit & intentio, nimirum Episcopos hortari voluit ad condonationem mutuam, *partim*, quia sint Sacerdotes, & aliis bono exemplo præire debeant; *partim* quia sint privatæ injuriæ, quarum omnium cognitionem & dijudicationem unus homo vel habere vel suscipere nequeat. Quùm enim omnes sint Sacerdotes, & in propria causa testes, nescire se, ut hominem, quibus fidem magis adhibere debeat. Talia ergò oblivioni tradenda, & justo judicio Dei, qui aliquando omnia etiam occulta, in apricum proferet, committen-

da esse. Hic Imperatoris scopus fuit, non ille, quem præ[illegible] Papicolæ.

Tandem 8. Si vel maximè Constantinus ve[illegible] non tamen ob id vicissent Papicolæ, quia foret tan[illegible] authoritas, quæ nec legem facere in Ecclesiasticis, nec juri div[illegible] quicquam derogare potest.

Scripturas quasdam malè depravatas, ut 1. Cor. 2.

V. A quibusdam Scripturis pessimè depravatis. 1. Alleg[illegible]ant istud ex 1. Cor. 2. v. 15. *Spiritualis judicat omnia. ip[illegible] nemine judicatur.*

Respondeo, 1. Omnes credentes & renati sunt spirit[illegible]ales: [illegible] proptereà omnes à judiciis secularibus sunt exemti?

2. Si spiritualis judicatur à nemine, sequitur, quòd ne quid[illegible] Papa Romano judicari possit.

3. Clerici Papales nihil minus sunt, quàm spirituales, qu[illegible] læ & luxuriæ dediti; Magnos quidem habent spiritus ob ela[illegible]nem, sed non sunt spirituales, ob superstitionem & vitæ perversi[illegible], nisi fortè illos velis dicere *Spirituales*, qui malo Spiritu aguntur.

4. Dictum illud planè impertinenter allegatur; quia Paulus non agit de judicio forensi; Sed Ecclesiastico & discretivo, quo probantur & distinguuntur fidei dogmata. Hoc judicium attribuitur fideli & renato, quòd ex gratia Spiritus illuminantis probet judicetq; omnia, quæ proponuntur judicanda, ipse verò judicatur à nemine, videlicet animali, & destituto sancti Spiritus luce. Talis enim non percipit, [illegible] intelligit mysteria fidei. Quomodo ergò de fide & fidelium religione judicaret.

Psal. 105.

II. Alii urgent dictum Psal. 105. v. 15. *Nolite tangere Christos meos*, quod sic interpretantur: *Potestates Laicæ, nolite homines consecratos, ullo modo vobis subjicere.*

Resp. Ineptissimè citantur hæc verba; siquidem Psalmista non loquitur de Clericis Novi, sed de Judæis Veteris Testamenti; non de judicio legitimo, sed de injuriis & damnis illicitis; non ad Magistratus Christianos, sed ad Reges Ethnicos, qui populum Judaicum veniebant oppressum. Et quis crederet, per Christos hîc intelligi homines malefficos, qui ad Magistratũ deferuntur & puniri debent? An putabimus, sub prætextu immunitatis Ecclesiasticæ immunitatem scelerũ hîc præcipi?

Dictum Matth. 17. v. 26.

III. Afferunt prætereà dictum *Matth. 17. v. 26.* Ubi Christus filios Regum à tributo liberos pronunciat.

Resp.

Resp. Nervum consequentiæ nullum video. Num enim omnes & soli Clerici sunt Regum filii? Sanè qui credunt, & piè vivunt, à Deo, Regum Rege, adoptantur in filios, ideoq; hoc non solis Clericis competit, sed omnibus veris Ecclesiæ membris, qui ob idem argumentum à jurisdictione civili deberent eximi, quod absurdum. Ipsum verò dictum quod attinet, communiter exponitur de Christi nativitate geminâ, temporali & æternâ, secundum quam Rex fuit, adeoq; liber à dando tributo. *Dominus enim noster*, inquit Hieronymus, *secundum carnem & secundum Spiritum, Filius Regis erat; vel ex Davidis stirpe generatus, vel omnipotentis Patris verbum. Ergò tributa, quasi Regum filius non debebat.* Quid autem hoc ad Clericos Papales? Num & illi vel Regum vel ipsius Dei naturales sunt filii? *Marsilius Patavinus* par. 2. defensoris, cap. 4. m. pag. 132. arbitratur Matth. 17. de speciali tributo sermonem fieri, quod tantùm alienigenæ; non autem Filii Regnorum, hoc est, in regnis nati, & inde oriundi debebant pendere. Hinc enim Salvator quærit, v. 25. *Reges terræ, à quibus accipiunt tributum, à filiis suis, an ab alienis?* Et ille respondit; *Ab alienis. Dixit Jesus? Ergò liberi sunt filii.* Jam hic sermo videtur inconveniens, ait *Marsilius*, si de solius Christi libertate intelligatur, quia in plurali loquitur pro se & Petro. Neque solus Christus fuit de stirpe Davidis, sed & alii, qui tributum nihilominus pendebant. Et accedit, quòd Cæsar tributum istud exegisse putatur, cujus tamen filius non erat Christus. *Ita Marsilius* de didrachmo isto disputat, quam tamen opinionem suo nos loco relinquimus.

VI. A quibusdam ratiunculis. 1. Absurdum est, *ut ovis pastorem suum judicet quocunq; modo. Jam verò Clerici sunt pastores, & Principes Politici sunt oves. Ergò Clerici à principibus sine absurditate judicari nequeunt.* *Et quasdã ratiunculas.*

Resp. 1. Ut maximè Papicolis videatur hoc absurdum, est tamen juri divino, & praxi Veteris Ecclesiæ consentaneum. 2. Mutatur genus prædicationis, ideoq; nulla est consequentia. Modò enim propriè, modò figuratè loquuntur. Oves propriè dictæ & brutæ pastorem nullo modo judicare possunt. At Magistratus sunt oves impropriè, nec brutæ; unde oriuntur quatuor termini. 3. Magistratus non est ovis in omnibus; sed tantùm in spiritualibus circa doctrinam & fidem, in quibus ministri sunt pastores. In politicis verò Magistratus est pastor, & Clerici sunt oves, quatenus cives. Ut ergò Magistratus debet obedire pastoribus in doctrina fidei, & præceptis morum; Sic Pasto-

res debent obedire Magistratui quoad lege & ca... ... curatè loquendo fideles non dicuntur o... es respectu mini... ... clesiæ, sed potius respectu Christi cujus oves sunt propr... & ... suo sanguine mercatus est. Hic verus ovium Domin... & Pa... mus à nullâ ove, à nullo hominum judicari pot... Sed ... Ecclesiæ, qui tantùm sunt Oeconomi Christi, longè alia est ... prà indicatum.

II. *Superior non debet subjici inferiori; sed contrà. At ... clesiasticum est distinctum à Politico, & hoc etiam ... Ergò causæ Ecclesiasticæ non debent judicari à Politicis Magistratib...*

Resp. Si diversitas respectuum attendatur, facilis est argumenti solutio. Nam ministerium Magistratu & superius & inferius est, diverso respectu. *Superius*, quoad sacra, & munus proprium, consi... in prædicatione verbi, & administratione Sacramentorum. *Infe...* quoad Politica, & facultates externas, de quibus in foro civili agitur. Ut igitur Magistratus ministerio parere debet in iis, quæ ... fidem & pietatem communem, ex verbo Dei præscriptam, sic ministri rursus parere debent Magistratui in illis, quæ jus civitatis, & externam subjectionem attinent.

III. Denique *absurdum esse dicunt, ut Judex terrenus summi Judicis servos, sacratosq; homines judicet & puniat.*

Resp. I. Magistratus quoq; summi judicis λειτουργὸς est: Et tamen à Clerico, si delinquat, corripitur & judicatur. 2. Servum Dei nemo judicet, nisi qui judicandi potestatem habet. Eam verò Magistratus jure divino & civili possidet. 3. Si clericus peccaverit, à Magistratu non ut servus Dei, sed ut servus peccati, & sic non immeritò judicatur.

QUÆSTIO II.

Num infideli etiam & hæretico Magistratui à Christianis subditis debeatur obedientia?

Negativa placet Pontificiis. NEgativam assumunt Pontificii, cumprimis Jesuitæ, quos inter Bellarminus lib. 5. de R. P. cap. 7. col. 1084. A. ita disserit: *Non licet Christianis tolerare Regem infidelem aut hæreticum, si ille conetur pertrahere subditos ad suam hæresin vel infidelitatem.* Rursus lit. B. *Tenentur Christiani non pati super se Regem non Christianum, si ille conetur avertere populum à fide;* & quod inferius addit, *si subditi* sufficientibus viribus

viribus ad Magistratum deponendum sint instructi. Hanc ipsam Bellarmini assertionem adprobat *Becanus* in respons. ad Aphorismum 10. Jesuwitarum, Tomo 1. pag 501. 502. *Sic Dominicus Bannes* in 2 2. quæst. 12. art. 2. scribit: *Post latam sententiam declarativam de crimine hæreseos injustè Princeps possidet regnum & Principatum, & exercet jurisdictionem in subditos, tenenturq́; subditi eximere se ab ejus obedientia, & bellum gerere contra illum, si vires suppetant. Ex hac conclusione sequitur primò excusandos esse Anglicanos & Saxonicos fideles, qui non se eximunt à potestate superiorum, nec bellum contra illos gerunt, quoniam communiter non habent facultatem ad hæc bella gerenda contra Principes, & imminent illis gravia pericula.* Hinc Romanus Pontifex omnes subditos eorum Principum, quos propter hæresin excommunicat, à fidelitatis juramento absolvit, quod ipsum definivit *Gregorius VII.* c. Nos sanctorum, caus. 15. quæst. 6. executus est *Paulus III.* contra Heinricum Angliæ Regem, & Sixtus V. contra Regem Navarræ, & Principem Condæum. Hinc celebrant sicarios, & Regicidas, sicuti *Jacobum Clementem Dominicanum*, qui Heinricum III. Galliæ Regem interfecit, Papa frequenti Consistorio laudavit, 3. Idus Septempris, 1589. Idem facinus commendatur à Jesuwita *Mariana*, lib. 1. de Rege & Regis Institut. c. 6. *Specie*, (inquit) *alias literas in manu tradendi, cultro quem herbis noxiis medicatum manu tegebat, supra vesicam altum vulnus inflixit: insignem animi confidentiam, facinus memorabile.* Et paulò pòst; *Cæso Rege, ingens sibi nomen fecit; cæde cædes expiata, ac manibus Guisii Ducis perfidè peremti, regio sangine est parentatum.* Sequenti verò capite de Tyrannis per dolum aut venenum tollendis agens; *Si* (inquit) *evaserint, instar heroum magnorum in omni vita suspiciuntur: Si secus accidat, grata superis, grata hominibus hostia cadunt, nobili conatu ad omnem posteritatis memoriam illustrati.* Ut tamen parricidium committatur honestè, suadet vir bonus uti hoc temperamento. *Hoc tamen* (inquit) *temperamento uti in hac quidem disputatione licebit, si non ipse, qui perimitur, venenum haurire cogitur, quo intimis medullis concepto pereat. Sed exterius ab alio adhibeatur, nihil adjuvante eo, qui perimendus est; nimirum quum tanta vis est veneni, ut sella eo aut vestis delibata vim interficiendi habeat. Quâ arte à Mauris Regibus invenio sæpè alios Principes missis donis, veste pretiosâ, linteis, armis, ephippiis fuisse oppressos.* Et *Genebrardus* in Chronico ad annum 1581. hæc notat: *Sanderus & alii plerique nobiles Catholici, freti bullâ Pii V. in Hiber-*

nia contra Angliæ Reginam bella pro patria & religione g[illegible] tinet illud, quòd Papa *Urbanus* Causa 23. quæst. 5. Can. *Excommunicatorum*, sic ait? *Non enim eos homicidas arbitramur, quos adversus excommunicatos Zelo matris Catholicæ Ecclesiæ ardentes, aliquos eorum trucidâsse contigerit.* Emanuel *Sa* Jesuwita, in aphorismis Confessariorum, in voce Clericus: *Clerici* (inquit) *rebellio in Regem non est crimen læsæ Majestatis, quia non est subditus Regi.*

Nos distinguimus

Nostram verò ut explicemus sententiam, ante omnia distinguimus inter *Magistratus inferiores* & *meros subditos*.

Inter Magistratus inferiores,

Per *Magistratus inferiores* intelliguntur status & ordines Regni supremum Magistratum eligentes, & certas conditiones præscribentes, quas inter si ea etiam sit, quòd Magistratus summus teneatur diversam à sua religionem permittere, neque subditos ad eam deserendam cogere; & verò ille conditionem hanc postea non servet, sed promissionem factam violare intendat; tum magistratus inferiores ad obediendum in ista causa religionis non sunt obstricti, sed bonâ conscientiâ Magistratui supremo, quippè fidem frangenti, & promissa non implenti sese opponere, & arma contra ipsum capere possunt. Nam polliciti sunt obedientiam non absolutè, sed *conditionaliter*, & suo hypothesibus: quas si Magistratus summus ex sua parte non observet contra promissionem datam: Magistratus inferior obtemperare non tenebitur, quia talem obedientiam non promisit.

Et meros subditos, Qui legitimo Principi, licèt excommunicato, semper obedire tenentur,

Quòd verò *meros* concernit *subditos*, illi quidem ad mandatum Principis veram fidem abnegare, & novam religionem assumere non debent, quum magis Deo sit obediendum, quàm hominibus, *Act. 5. v. 29.* Interim tamen in cæteris, quæ temporalia concernunt, ad obedientiam semper obstricti manent, neque bonâ conscientiâ, ob solam infidelitatem vel hæresin sui Principis, adversus ipsum arma capere; vel clanculum è medio eum tollere possunt, id quod sequentibus argumentis probatum damus.

Quod probamus A divina Magistratus origine

1. A divina Magistratus origine. Nam omnis Magistratus atque sic etiam Ethnicus, est à Deo, *Rom. 13. v. 1. 1. Pet. 2. v. 13.* Daniel sic affatur Regem Nebucadnezar, c. 2. v. 37. *Tu Rex Regum es, & Deus cæli regnum, potentiam, robur, & decus tibi dedit.* In eandem quoque sententiam Jeremias cap. 27. v. 6. *Nunc autem tradidi omnes regiones istas potestati Nebucadnezar Regis Babylonis servi mei.* Christus ipse munera sua quoque Cæsari sua dari voluit, *Matth. 22, v. 21.* Ex quo sequitur, obediendum

diendum esse in omnibus, quæ contra Deum, ejusq; verbum non præcipiuntur, ne potestati divinæ resistendo, ipsi Deo resistatur.

II. A dictis generalibus, quæ obedientiam Magistratui præstandam exigunt à subditis sine ulla exceptione vel limitatione, an Magistratus sit Ethnicus vel Christianus, Hæreticus vel Orthodoxus. Talia leguntur Rom. 13. v. 1. *Omnis anima potestatibus supereminentibus subdita sit*: v. 5. *non tantùm ob iram*, vel metu *pœnæ*; *sed etiam ob conscientiam*, quia nempe malis Principibus obsequentem esse in rebus civilibus, pars est pietatis erga Deum & conscientiæ. Et 1. Petr. 2. v. 13. 14 *Subjecti estote omni humanæ ordinationi propter Dominum; sive Regi quasi præcellenti; sive ducibus tanquam ab eo missis, quia sic est voluntas Dei.* *A dictis generalibus.*

III. A dictis specialibus, de infideli & hæretico Magistratu loquentibus. Israëlitæ jubentur pro vita & salute Nebucadnezaris, qui erat Idololatra, orare, *Jerem. 29. v. 7. Baruch. 1. v. 11.* Christus *præcipit*, Cæsari, qui tum temporis erat Tiberius Ethnicus, dare, quæ sunt Cæsaris, *Matth. 22. v. 21.* Paulus injungit Christianis, ut obtemperent Magistratui Sumo, *Rom. 13. v. 1.* & pro Regibus orent, *1. Tim. 2. v. 2.* Nulli verò tum alii erant, nisi Ethnici Reges & Magistratus. *A dictis specialibus.*

IV. A piorum exemplis. Pharaoni Ethnico subjectus in Ægypto fuit Jacobus cum filiis & nepotibus. Ipsi Israelitæ, quanquam Deo miraculis extraordinariis quasi extento brachio eis opem ferente, noluerunt tamen egredi ex Ægypto, nisi Pharaone annuente & permittente. Rex Salomon deficiebat ad idololatriam, *1. Reg. 11. v. 5.* nec tamen subditi contra ipsum rebellabant. Sic idololatræ fuerunt Rex Amasias, *2. Paral. 25. v. 14.* Manasses, *c. 33. v. 2.* Ammon, *v. 22.* & alii Reges Israëlitici, neq; tamen decreto Pontificum Reges hi pulsi sunt, neque quisquam Prophetarum suasit populo, ut arma contra ipsos caperent, vel Reges alios eligerent. Nebucadnezar Judæam vastavetat, & captivos ad idolum adorandum vi cogebat, ut habetur *Dan. 3. v. 5. seqq.* Nihilominus tamen Jeremias jubet populum ei esse subditum cap. 27. v. 12. *Submittite colla vestra jugo Regis Babylonii, & servite ei populoq; ejus.* Et c. 29. v. 7. *Quærite pacem ejus civitatis, ad quam ego vos transtuli, & orate pro ea, quoniam cum pace ejus conjuncta erit pax vestra.* Quùm esset promulgatum edictum, quo Judæi omnes per totum Imperium jussu Regis Ahasveri trucidari oportebat; promtum *A piorum exemplis.*

erat Mardochco suadere Reginæ Esther, ut legem ... vel gladio: ad illis nihil tale in mentem venit, sed ... sunt ad preces, atque jejunium. Salvator ipse tributum ... gistratui Ethnico, *Matth.17.vers.27.* & Paulus ad Cæsaris tribunal provocavit, *Act.25 v.11*, atque sic suam uterque obedientiam satis superque declaravit.

A praxi primitivæ Ecclesiæ. V. A praxi primitivæ Ecclesiæ. Nullus Apostolorum ... Patrum Imperatores vel Principes, sive gentiles, sive hæreticos ... dignitatis solio removit, nec Christianis subditis, ut tale quid tentarent, suasit, sed Christiani potius omnes, doctores & auditores, patientiæ scutum, & arma spiritualia precum contra Magistratus Ethnicos & hæreticos assumserunt. *Paulus*, quum coram Nerone sisteretur, non abdidit in sinu sicam, quam adigeret in pectus tyranni, quod facilè tamen facere poterat, quippè qui solo verbo ... abstulerat. Quòd si Paulus id fecisset, & ob tentatum ejusmodi facinus fuisset affectus capitali supplicio, num mors talis decoranda fuisset titulo martyrii? Et num ita occumbens ædificâsset Ecclesiam, salutari Christianæ constantiæ exemplo? Nullus puto verorum fidelium id affirmaret. Porrò *Polycarpus*, referente *Eusebio*, lib. 3. Hist. c. 33. in Epistola ad Philip. scribit: *Obsecro vos cunctos, ut Magistratui obedientes sitis.* Idem paulò ante martyrium dixit, apud *Eusebium*, l. 4. cap. 15. *Nos (Christiani) sic instituti sumus, ut Principibus ac potestatibus à Deo ordinatis, honorem, qui eis competit, exhibeamus.* Vid. plura apud Dn. D. *Gerhardum*, Tomo 6. pag. 1198. cujus ductum hic sequi placuit. Et praxin Veteris Ecclesiæ, multis confirmat testimoniis *Petrus Molineus*, cap. 13. & 14.

Bellarminus excipit, lib. 5. de R. P. c. 7. col. 1084. C. *Si Christiani olim non deposuerunt Neronem & Diocletianum, & Julianum Apostatam, ac Valentem Arianum, & similes, id fuit, quia deerant vires temporales Christianis.*

Resp. (1.) Si dejiciendi fuissent Imperatores Ethnici, utique Christus, tantas vires suo Pontifici concessisset, & etiam per paucos hoc ipsum expedire, si voluisset, bene potuisset. Quia verò id factum est minimè, annòn hinc colligendum, Christo placuisse, ut Christiani obediant, non resisterent Imperatoribus Ethnicis? (2.) Nec exiguæ fuerunt Christianorum vires, quippe qui omnes urbes, oppida, &

da, & ipsa castra Cæsarum impleverunt, de quo videatur *Tertullianus* in Apolog. c. 1. & 37. *Eusebius*, l. 9. cap. 9. *Ruffinus* l. 2. H. E. c. 1. *Theodoretus* l. 4. c. 1. Et quòd facilè Imperatores quidam infideles & hæretici â Christianis potuerint coerceri, vel è medio tolli, propriè probat *Barclajus*, lib. de potestate Papæ, c. 7. & 8. (3.) Si maximè certa non fuisset Christianorum de Imperatoribus victoria, ad minimùm tamen aliquid contra ipsos tentare, nec obsequi debuissent, si bonâ conscientiâ eos tolerari non posse statuissent. (4.) Neque vires externæ adeò fuêre necessariæ, quum juxta Jesuwitas etiam fraudibus, veneno, & per sicarios liceat è medio tollere infideles aut hæreticos Reges. Sed tale quippiam Christiani susceperunt nunquam; Sed declinârunt studiosissimè, uti nota sunt exempla, *Ambrosii*, epist. 33. ad Marcellum; Et *Eusebii* apud Theodoretum lib. 4. H.E.c.14.

VI. Ab inconveniente: quia positâ Papali hypothesi, multis Regibus fieri potest injuria, nec ullum innocentiæ suæ ostendendæ illis superest remedium. Hanc rationem Molineus urget, cap. 12. *Scire velim*, ait, *Si Rex* innocens Papali fulmine fuerit contactus, regnoque excussus, & Rex sibi factam injuriam conqueratur, quis futurus sit Judex in hac disceptione? An Papa erit actor & Judex? Et quùm ex Regum abdicatione tantum emolumentum ad Papam perveniat, quippe quum per id fiat Rex Regum, & regna fiant sua dona, an æquum est, ut ipse sit Judex in sua causa? Maximè quùm Bellarminus fateatur, Papam posse errare in quæstione facti, ac proinde etiam injustè judicare, quandoquidem ex factis jura nascuntur? Quæro ergo, an Rex injustè damnatus, possit aut debeat opponere se injustæ damnationi, & possit invito Papa regnum retinere? *Bellarminus* negat cap. 31. in Barclaium: *Quòd autem dicis, injustam sententiam non lædere eum, in quem fertur, verum est, quando is in quem fertur, eam humiliter tolerat & observat, donec injustitia vel potius nullitas ejus manifestè se prodat.* Clementer sanè & erga Regem benignè, cui non nocebit injusta sententia abdicationis & excommunicationis, dummodò regno patienter cedat & expectet, donec invasor regni, cognitâ injustitiâ sententiæ, eum revocet, & ultrò in avito solio collocet, sic enim bonâ fide res geruntur inter Principes. Similia habet cap. 17. in Barclaium: *Si fortè Princeps spiritualis abutatur potestate suâ injustè excommunicando temporalem Principem, vel ejus subditos sine justa causa ab obedientia ejus absolvendo, & eo modo perturbet statum Reipublicæ tempora-*

Ab inconveniente.

temporalis; peccabit Princeps ſpiritualis; ſed non poterit tamen Princeps temporalis judicium ſibi ſumere de temporalibus rebus. Pro D[illegible] hominum fidem! Huccine res Regum rediiſſe, ut durior ſit [illegible] conditio, quàm ſervulorum aut mercenariorum, quibus d[illegible] in dominos, ſi fuerint pacta mercede fraudati? Nimirum Papa eſt omni exceptione major, nec in eum, quantumlibet injuſte [illegible] tem, fas eſt hiſcere. At conſtans fuit ſemper omnium bonorum ſententia; Injuſtam ſententiam Paſtoris non nocere condemnato, & gladium ſpiritualem mucrone arreptum lædere ſolum tractantem. *Auguſtinus* ſerm. 16. de Verbis Domini: *Cœpiſti habere fratrem tuum tanquam publicanum, ligans eum in terra, ſed ut juſtè alliges vide. Nam injuſta vincula dirumpit juſtitia.* Causâ 11. quæſt. 3. Can. Cui eſt. *Si ſententia injuſta eſt, tanto curare eam non debet, quanto apud Deum & Ec[illegible]am neminem poteſt gravare iniqua ſententia.* Et Can. Temerarium: *Temerarium judicium plerumq; nihil nocet ei, de quo temerè judicatur, ei autem, qui temerè judicat, ipſa temeritas neceſſe eſt ut noceat.* Et Canone ſequenti: *Quid obeſt homini, quód ex illa tabula vult eum delere humana ignorantia, ſi de libro viventium non deleat iniqua conſcientia?* Et mox, *Senti de Auguſtino quicquid libet, ſola me in oculis Dei conſcientia non accuſet.* Hæc omnia ex Auguſtino. Quocirca Ludovicus XII. & ante eũ Phillippus Pulcer, Reges Galliæ, auſi ſunt contra hoc fulmen opponere, & in ipſum Papam majòri vi retorquere: Uterq; n. effecit, ut Papa frequenti Epiſcoporum ſuorum conventu hæreticus pronunciaretur.

A Suffragio quorundã Pontificiorum.

VII. A Suffragio quorundam Pontificiorum. In Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.* 15. aſſertio illa, quód Reges & Principes in hæreſin & apoſtaſian lapſi, vel in hæreſi nati, ſint depellendi, tanquam erronea in fide & in moribus ſcandaloſa, ad fraudes, deceptiones, mendacia, proditiones atq; perjuria viam dans, fuit omninò reprobata. *Stapletonus* Dominicâ XXII. poſt Pentec. in Promt. Mor. *Quum jure gentium & Naturæ dubium hoc eſſet nemini, docent Apoſtoli,* Rom. 13. 1. Petr. 2. *etiam hanc Dei voluntatem eſſe, ut Regibus etiam Ethnicis atq; infidelibus, neq; enim alii tunc erant, ipſi pii & fideles obtemperarent. Sic Chriſtus Cæſari, Petrus Neroni, obediendum docent.* Bodinus lib. 1. de Republ. c. 9. *Nullus Propheta unquam docuit, propter ſolam idololatriam aut hæreſin contra Magiſtratus arma capi debere.* Refer huc etiam illud, quod de Tyranno ſcribit *Becanus*, Tomo 1. in reſponſ. ad aphoriſmum 9. p. 499. *Qui, ait, eſt tyrannus, ratione adminiſtrationis, non poteſt à ſubditis*

ditis interfici, ut definitum est in Concilio Constantiensi, sess.15. Et ratio est, quia verus & legitimus Princeps, etsi tyrannicè regat, manet tamen superior: Ergo subditi debent illi obtemperare, & non interficere, nisi fortè ob necessariam vitæ suæ defensionem.

Hinc Scriptura jubet nos in rebus licitis obedire Principibus Ethnicis, tanquam superioribus, etiamsi essent maximi tyranni, Rom.13. v. 1. & 1.Pet.2.v.13 & alibi. Jam verò de similibus idem est judicandum. Sicut igitur tyranno, quia manet superior, tanquam verus & legitimus Princeps, non obstante tyrannicâ administratione, est obtemperandum; Ita multò magis hæretico Principi, qui pariter manet superior, tanquam verus & legitimus Princeps, non obstante hæresi, obtemperare debent subditi, nec ipsum interficere.

Objectiones.

1. Bellarminus, tom.1.col.1084. A. ita colligit. *Deut.17. prohibetur populus eligere Regem, qui non sit de fratribus suis,* id est, *non Judæum, ne videlicet pertrahat Judæos ad idololatriam; Ergo etiam Christiani prohibentur eligere Regem non Christianum. Nam illud præceptum morale est, & naturali æquitate nititur.* Rursum, *ejusdem periculi & damni est eligere non Christianum, & non deponere non Christianum, ut notum est: Ergo tenentur Christiani non pati super se Regem non Christianum, si ille conetur avertere populum à fide.*

Prima: Nō est eligendus Rex infidelis, E. talis etiam est deponendus.

Resp. (1) Salomon, Manasses, Ammon & alii, à populo Israelitico electi, fuerunt reges idololatrici, neque tamen ab eodem propter idololatriam sunt depositi. (2.) Negamus igitur consequentiam, quia non quidem eligendus in Regem est non Christianus, nisi electio jure quodam speciali ad certam familiam sit restricta: Electus tamen, si à vera fide deficiat, non est propterea deponendus à subditis, quia quæ ab initio fuerunt liberæ potestatis, ea postmodum fiunt strictæ necessitatis. Sic impius Princeps eligi non debet, electus tamen postmodum est tolerandus. Sic non est facilè contrahendum matrimonium cum persona hæretica; contractum tamen propterea non est dissolvendū, licèt ejusdem periculi & damni sit, eligere non verè credentem. Sic Cardinales eligunt Pontificem; electum tamen deponendi potestatem non habent. Non Ergo sequitur; *Ubicunq;* idem damnum & periculum vertitur, eandem faciendi potestatem concedi debere illi, qui in damno & periculo versatur. Hoc simili quodam declarat *Barclaius,* in l. de potestate Papæ, cap.20. p.163. *Quemadmodum* ait, *non sequitur,*

sequitur, si quis novit mulierem esse impensè impr[illegible], & [illegible] ut spes nulla sit cum ea tranquille vivendi, non debet eam uxo[illegible] [illegible] sciscere, (quòd eo facto in apertum se discrimen conjiciat) [illegible] talem mulierem fortuitò & imprudenter nactus est, debeat [illegible] stante matrimonii vinculo, deserere vel repudiar[illegible] quamv[illegible] pe riculi & damni res sit, si eam retineat: Ita etiam non sequitur: [illegible] stiani tenentur non eligere Regem non Christianum, vel Hæret[illegible] [illegible] neantur quoq; non pati jam electum, quia multa impediunt fa[illegible], quæ factum non dissolvunt.

Secunda: Paulus jubet constitui novos judices 1. Cor. 6. E. licet constituere novos Reges.

2. Paulus *1. Cor. 6 v. 4.* jubet constitui à Christianis n[illegible] judices temporalium causarum, ne cogerentur illi causam dicere coram judice, Christi persecutore. Sicut ergo novi judices constitui potuerunt; Ita & novi Principes & Reges propter eandem causam, [illegible] v[illegible]es adfuissent.

Resp. 1. Paulus non loquitur de publicis judicibus loco movendis, sed de privatis arbitris, ex ipso Christianorum cœtu eligendis. A libera verò arbitrorum electione ad violentam ordinarii Magistratus depositionem non est consequentia. Non enim abrogat Apostolus imperium Ethnicis hoc sermone, nec indicat, Christianos ab illis p[illegible]sse deficere; sed tantùm improbat & vitio vertit quorundam Christianorum procacitatem & pertinaciam, quòd quum haberent fratres, hoc est, ejusdem religionis homines, qui de communi consensu judices constituti, causas ipsorum justè ac sapienter intra privatos parietes, amicâ affectione disceptarent, iis non contenti, ad Judices infideles & iniquos, & Christianis omnibus infensos, magno cum religionis scandalo contentiosius provocabant, uti rectè scribit *Barclaius*, l. de potestate Papæ, c. 21. pag. 166. 167. Unde in eum locum *Thomas* ita differit: *Sed videtur esse contra id, quod dicitur* 1. Pet. 2. *Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi, tanquam præcellenti; sive ducibus, tanquam ab eo missis.* Pertinet enim *ad authoritatem Principis, judicare de subditis. Est ergo contra jus divinum prohibere, quod ejus judicio non stetur, si sit infidelis.* Sed dicendum, *quòd Apostolus non prohibet, quin fideles sub infidelibus Principibus constituti, eorum judicio compareant, si vocentur: Hoc enim esset contra subjectionem, quæ debetur Principibus:* Sed prohibet, *quòd fideles non eligant voluntariè infidelium judicium. Idem* ferè in eundem locum scribit *Theodoretus. Et Lyranus*: *Apostolus*, inquit, *non prohibet hic fideles sub Principibus infideli-*

infidelibus conſtitutos, comparere coram eis quando vocantur; hoc enim eſſet contra ſubjectionem, quæ Principibus debetur: Sed prohibet, ne voluntariè recurrant ad Judices infideles, in illis negotiis, quæ determinari poſſunt per fideles.

2. Non abſolutè improbat Apoſtolus, ſi quis fidelium utatur præſidio & defenſione Magiſtratus Ethnici, quùm ipſe provocaverit ad tribunal Cæſaris; & ſi vel refractarius Chriſtianus, vel Ethnicus aliquis Chriſtianum ad Judicem infidelem vocâſſet, nihil vocato profuiſſet arbitrorum vel judicum illorum authoritas, quo minus Ethnico tribunali ſe ſiſtere teneretur; ſed loquitur *comparatè*, quòd melius ſit privatas injurias tolerare, quàm animo vindictæ cupido, & magno cum ſcandalo, propter eas accuſare fratrem coram Ethnicis tribunalibus, ſecundum illud Salvatoris, Matth. 5. v. 39. *Si quis te percuſſerit in dexteram maxillam, præbe illi & alteram; & ei qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium.* Atqui ita Eccleſia, Patres, Ambroſius, Primaſius, Theodoretus, & rel qui locum illum intellexerunt.

3. Bellarminus ſibiipſi contradicit, ſi ex Apoſtoli verbis colligere vult jus abdicandorum ſive deponendorum Regum & Principum. Nam *l. 2. de R. P. c. 29.* fatetur, Apoſtolos & reliquos Chriſtianos omnes æquè ſubjectos fuiſſe Principibus Ethnicis, in civilibus omnibus cauſis, atque cæteros homines. Verba ejus ſic habent, col 828. A. B. *Reſpondeo, primò dici poſſet, Paulum appellâſſe ad Cæſarem, quia de facto erat Judex ipſius, etſi non de jure. Ita enim reſpondet* Johannes de Turrecremata, l. 2. c. 96. Summæ de Eccleſia. *Secundò dici poteſt, & melius cum Alberto* Pighio lib. 5. Hierarchiæ Eccleſiaſticæ, c. 7. *diſcrimen eſſe inter Principes Ethnicos & Chriſtianos. Nam quo tempore Principes erant Ethnici, non erat Pontifex Judex illorum; ſed è contrario illis ſubjectus erat in civilibus omnibus cauſis, non minus quàm cæteri homines. Quod enim non eſſet Pontifex Judex illorum, patet; quia non eſt Judex, niſi fidelium, juxta illud,* 1. Cor. 6. Quid ad me de his, qui foris ſunt, judicare? *Quòd verò è contrario eſſet ipſe illis ſubjectus civiliter de jure, & de facto, patet etiam. Nam lex Chriſtiana neminem privat ſuo jure & dominio: Sicut ergo ante Chriſtianam legem homines ſubjecti erant Imperatoribus & Regibus; Ita etiam poſtea. Quare Petrus & Paulus paſſim hortantur fideles, ut ſubditi ſint principibus, ut patet ad Rom. 13. & Tit. 3. & 1. Pet. 2. Meritò itaque Paulus ad Cæſarem appellavit, eumq;*

judicem agnovit, quùm accusaretur seditionis, & tum... ut ... populi ... tati. Ex quibus apparet, non defectum virium in causa fuisse, cur primi Christiani non deposuerint Principes Ethnicos; sed potius quia jus & divinum & humanum tali facto repugnabat, quod ibidem apertius docet *Bellarminus*, quum scribit: *Judicare, punire, deponere, ad superiorem tantùm pertinere;* ex qua concessione argumentum ... plane invictum: *Nulli subjecti possunt judicare, punire vel deponere superiorem. Atqui omnes Christiani fuerunt olim ... Imperatoribus & Judicibus Ethnicis. Ergo nulli* Christiani possunt olim ejusmodi Imperatores & Judices deponere.

Tertia: Tolerare Regem hæreticum, est exponere religionem periculo. III. *Tolerare Regem hæreticum vel infidelem, conantem pertrahere homines ad suam sectam, est exponere religionem evidentissimo periculo. Qualis enim est Rector civitatis, tales & habitantes in ea.* Eccl. 10. *Unde est illud:* Regis ad exemplum totus componitur orbis. *Et experientia idem docet.* Nam *quia Hieroboam Rex idololatra fuit maxima etiam regni pars continuò idola colere cœpit.* 3. Reg 12. *& post Christum ad ... regnante Constantio, florebat fides Christiana; regnante Constantio floruit Arianismus; regnante Juliano, iterum refloruit Ethnicismus; & in Anglia nostris temporibus regnante Henrico, & postea Eduardo totum regnum à fide quodammodo apostatavit; regnante Maria iterum totum regnum ad Ecclesiam redit; regnante Helizabetha, iterum regnare cœpit Calvinismus, & vera exulare religio. At non tenentur Christiani, imò nec debent cum evidenti periculo religionis, tolerare Regem infidelem. Nam quando jus divinum & jus humanum pugnant, debet servari jus divinum omisso humano, de jure autem divino est servare veram fidem & religionem, quæ una tantùm est, non multa: de jure autem humano est, quod hunc aut illum habemus Regem.*

Resp. 1. Reges infideles & hæretici in differentia sunt duplici. *Nonnulli* enim veram religionem ejusq; confessores in suo regno tolerant, ut ita fidei nullum creetur periculum per ipsorum imperium: *Nonnulli* verò eandem, & confessores ejus persequuntur, atque homines ad suam sectam pertrahere conantur; ubi veram doctrinam in periculo versari concedimus lubenter; non tamen hinc sequitur, quòd propterea Magistratus hujusmodi deponi vel interfici possint. Salus subditorum & Reipublicæ versatur quoq; in periculo, si præsit Rex impius, prodigus, temerarius, vel aliis vitiis notatus; nec tamen à subditis propterea statim deponi debet vel potest.

2. Tole-

2. Tolerare Regem hæreticũ non est exponere religionẽ evidentissimo periculo, sed est *tantùm pati*, religionem versari in periculo, in quod incidit vitio Regis, & cui jam sine culpa populi exposita est, quũ nullum ejus liberandæ justum & legitimum, præter constantiam & patientiam, populo supersit remedium: id quod Christianis vitio verti nequit, quia in eo sequuntur vestigia priscorum fidelium & Patrum, qui Constantio, Juliano, Valenti, & aliis religionis veræ hostibus, eò quòd imperium essent legitimè adepti, sine ulla tergiversatione, aut minima rebellionis vel insidiarum indicio submissè paruerunt.

Si Bellarminus regerat, *Ecclesiam sine efficaci remedio humano mansuram, si Magistratui superiori ab illis, qui merè sunt subditi, non liceat armis resistere, atque ab eo deficere*; opponemus illi, quod scribit ipse, l.2. de Concil c.19. ubi ad argumentum: *Si Pontifici malo nemo potest resistere, Ergo Ecclesia manet sine remedio, si habet malum Pontificem*, respondet hoc modo: *Non est mirum, si Ecclesia manet sine remedio humano efficaci, quandoquidem non nititur salus ejus præcipuè humanâ industriâ, sed divinâ protectione, quum ejus Rex sit Deus. Itaq; etiamsi Ecclesia non possit deponere Pontificem, tamen potest ac debet Domino supplicare, ut ipse remedium adhibeat, & certum est, Deo fore curæ ejus salutem, qui talem Pontificem vel convertet, vel de medio tollet, antequam Ecclesiam destruat.* Eadem media Christiani suscipiant, quando Magistratum hæreticum supra se habent, nimirum patienter ferant, quod mutare non debent, & Deo supplicent, qui suam in mediis persecutionibus sine dubio conservabit Ecclesiam.

3. Falsum est, jus divinum & humanum in casu isto pugnare, siquidem servare fidem, & tolerare Regem infidelem vel hæreticum, non sunt opposita, nec unum divini, alterum humani; sed utrumque juris divini est, nimirum colere Deum verâ religione, & obedire Regi, quæ duo simul servari ac expleri possunt ac debent, quum reddenda sint Cæsari, quæ sint Cæsaris, & Deo, quæ sunt Dei, *Matth. 22. v. 21.* Et si non licet Concilio judicare, punire, vel deponere Papam nitentem turbare & destruere Ecclesiam Dei, sed tantùm ei resistere non faciendo, quod jubet, & impediendo, ne exequatur voluntatem suam, dicente *Bellarmino*, lib. 2. de R. P. c. 29. cur non similiter, multoq; magis idem de Regibus censeamus, quum Papa sine titulo, Reges justo titulo superiores sint populo, & judicem in terris nullum habeant?

4. Fatentur de jure humano esse, quò hunc aut illum habeamus Regem; addendum verò erat; *Ubi hunc vel illum Regem semel habemus*, de jure divino esse, ut ei in civilibus causis cum omni honore & reverentia pareamus; quâ adjectione totum Bellarmini argumentum eliditur.

Quarta: Conjunx fidelis liberatur à cō-jugo infideli, si discedat: Ergo etiam deponi potest Rex infidelis.

IV. *Cur non potest liberari populus fidelis à jugo Regis infidelis, & pertrahentis ad infidelitatem: si conjunx fidelis liber est ab obligatione manendi cum conjuge infideli, quando ille non vult manere cum conjuge Christiana, sine injuria fidei, ut apertè docet ex Paulo* 1. Corinth. 7. *Innocentius III.* cap. Gaudemus. extra de divortiis? *Non enim minor est potestas conjugis in conjugem; quam Regis in subditos, sed aliquanto etiam major.*

Resp. Paulus minimè docet, infidelem conjugem statim repudiandum; sed potius retinendum esse, v. 12. *Si quis frater uxorem habet infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat illam.* v. 13. *Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat illum.* Quòd si verò pars infidelis seipsam separet à fideli, & fidelem partem malitiosè deserat, atque sic initium divortii faciat; tum demum fidelis pars libera est, & à jugo matrimoniali exemta, secundum Pauli sententiam, vers. 15. *Quod si infidelis discedit, discedat. Non enim servituti subjectus est frater aut soror in hujusmodi: In pace vocavit nos Deus.* Hinc autem pro exemtione subditorum à jugo regali nihil potest colligi; sed talis potius instituenda est comparatio: *Sicuti* fidelis sub jugo matrimonili manet, quamdiu infidelis legitimo matrimonio junctus, vult cohabitare: *Ita* fidelis sub jugo regali manet, quamdiu Rex legitimo imperio præditus, vult imperare. Rursus: *Sicuti* fidelis à jugo matrimoniali tùm demum liberatur, quando infidelis conjux spontè discedit, & fidelem partem malitiosè deserit: *Ita* fidelis à jugo regali tum demum liberatur, quando infidelis Rex spontè officio se abdicat, & subditos suos deserit: quæ comparatio causam Bellarmini non juvat, sed potius in totum destruit.

Quinta: Protestantes ipsi abdicarent Regem si cogerentur ad re-

V. Becanus Tomo 1, pag. 502. has movet quæstiones: Nunc quæro *ex Calvinianistis, quid ipsi putarent faciendum illis Christianis, qui subsunt Imperatori Turcarum, si Imperator vellet eos cogere & pertrahere ad Mahometismum? An deserendum Christum, & adhærendum Mahometo? At hoc non esset consilium hominis Christiani.*

Quid ergo? An *excutiendum jugum Imperatoris, & persistendum in fide?*

 subditis

in fide? At hoc ipsum est, quod Bellarminus docet. Iterum quæro, *Si* *ligiorum*
Rex Angliæ Catholicam & Romanam fidem amplecteretur, & vellet omnes *Papisticā.*
Calvinistas, quotquot in Anglia sunt, eandem fidem palam profiteri, & Pontifici Romano fidelitatem præstare; quid consilii caperent? An *sequerentur suum Regem?* Hoc *quidem ego optarem. At non essent hoc facturi, sat scio.* Quid ergo? *Regem potius abdicarent, & suum Calvinismum sartum tectum conservarent: Quare? quia præstat Regem, quam reformatam fidem amittere. Simili modo argumentatur Bellarminus.*

Resp. Quod Calvinistæ omnes id responsuri, & suscepturi sint, quod Becanus iis tribuit, vix adducor, ut credam, quum de illis experientia testetur contrarium; Sed respondeant pro se ipsi, quicquid placuerit: Nos paucis dicimus, insistendum esse vestigiis priscorum fidelium & Patrum, qui omnes, quando suberant Imperatori hæretico vel infideli, non ipsum deponebant, vel ejus vitæ insidiabantur; sed obsequiosi manebant in causis civilibus, fidem tamen non deserebant, sed in illa manebant constantes, & pro ea patiebantur varia, amittentes lubentius bona, & profundentes sanguinem, quàm ut *vel* fidem abnegarent, cum hypocritis contra Christi monitum; *aut* Magistratui clanculum insidiarentur, secundum modernos Pontificios, at contra Pauli monitum. Horum, inquam, exempla imitemur, & si Magistratus infidelis vel hæreticus ad impia sacra, & falsam religionem Christianos cogere velit, hoc ipsis consilii damus:

Ubi exponitur, Quid agendū sit, si Magistratus ad falsam religionem nos cogere velit.

1. Impiis & *ἀπιστίας* præcipientibus mandatis non obediant, quia Deo etiam est dandum suum, *Matth.* 22. *v.* 21. & illi plus obediendum, quàm hominibus, *Actor.* 5. *v.* 29. Neque crimen læsæ Majestatis incurrunt, si maximè mandatis hujusmodi non obtemperent, quia contra inferiorem Magistratum non committitur læsæ majestatis crimen, si diversum præcipiat Magistratus superior, cumprimis Deus. Ita ergo declinemus crimen læsæ majestatis humanæ, ne incurramus crimen læsæ majestatis divinæ.

2. Reverentiam, obedientiam & fidelitatem suam quoad civilia rescripta, & negotia luculentè semper declarent, & vi armatâ Magistratui superiori, absolutam potestatem habenti, si merè subditi sint, minimè resistant, ne temerè sumentes gladium, eodem pereant, *Matth.* 26. *v.* 52. ne divinæ ordinationi resistant, *Rom.* 13. *v.* 2. ne bellum illegitimum suscipiant, quum potestatem in Magistratum nullam habeant; & tandem ne à praxi primitivæ discedant Ecclesiæ,

 quæ nec

quæ nec usurpavit, nec Christianis tradidit gladium, tempore persecutionum.

3. Continuas ad Deum preces effundant, quò sa[illegible]orem Magistratui mentem indat, vel furorem ejus ad minimum cohib[illegible], exemplo precantium Judæorum, *Esth.* 3.*v.*16. sociorum Dan[illegible], c. [illegible] v. 24. Apostolorum, *Act.* 4 *v.*24. Cypriani, *epist.* 56. Amb[illegible] apud [illegible] finum, *lib.* 2.*c.*16. & Alexandri, Constantinopolitani Ep[illegible] apud Sozomenum, *lib.* 2. *H.E.c.*28.

4. Fidei suæ confessionem exponant, & crimina [illegible] imputata, vel calumnias adversariorum diluant, sicuti T[illegible] Apologeticum adversus gentes, *Justinus* apologiam, & *Athenag*[illegible] orationem pro Christianis scripsit.

5. Aliorum intercessiones petant, & usurpent. Ita *Ebedm*[illegible] *chus* intercessit pro Jeremia, c.38.v.8 *Esther* pro Judæis, c. 4. *Præfectus Edessenus*, pro Christianis, apud Theodoretum, lib. 4.c. 17. & R[illegible]finum l.5.c.5. *Ordines protestantium* An. 1541. apud Franciscum I. Galliæ Regem, pro Reformatis in vincula conjectis, apud Sleidanum, l.[illegible] p. 381. *Augustus Saxoniæ Elector*, Anno 1584. apud Heinricum III pro [illegible]gonotis, *Christianus II. Elector Saxoniæ* An. 609. apud Rudol[illegible]um Imperatorem pro statibus Evangelicis in Bohemia.

6. Si neque precibus, neque intercessionibus aliquid obtinere possunt, fugiant Christiani potius, quàm ut arma injusta capiant, *Si enim vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, inq[illegible] Salvator, Matth. 10. v. 23. Nec ignota sunt exempla fugientis *Jacobi*, Gen. 27.v.43. *Mosis*, Exod. 2. v. 15, *Davidis*, 1. Samuel. 19. v. 12. c. 21. v. 1. *Eliæ*, 1 Reg 19.v.3. *Christi*, Matth. 2. v. 14. c. 12. v. 15. Johan. 8. v. 59 *Pauli*, Act. 9. v. 24. 30. 2. Cor. 11. v. 33. *Petri*, Act. 12. v. 17. *Polycarpi*, apud Eusebium, l. 4. c. 15. *Athanasii* apud Socratem, lib. 3. c. 13. & lib. 4. c. 20. *Ambrosii* apud Paulinum in vita ejus & *Chrysostomi*, lib. 10. Tripart. c. 13.

7. Quòd si nec fugæ locus pateat, exemplo priscorum fidelium quidvis potius tolerandum, sanguis ipse etiam profundendus citius, quàm ut per rebellionem publicam violetur conscientia. Nam furor persecutorum sæpè retunditur melius per infractam constantiam, quàm per ferri aciem: cujus rei ex historia Ecclesiastica, *duo* tantùm placet afferre exempla.

Referunt *Ruffinus* l. 2. c. 5. & *Theodoretus*, lib. 4. cap. 17. de *fœmina quadam Edessena*, quòd audiens, jussu Valentis Imperatoris Christianos esse

nos esse in loco conventus publici à Præfecto opprimendos, adeo festina ac propera domo suâ proruperit, ut nec claudere ostium, nec operire se, ut mulierum habitum decet, diligentius potuisset, infantem quoq; parvulum secum traxerit, cursuq; rapido, irrupto etiam Officio Præfectum comitantis agmine festinaverit. Perducta ad Præfectum, ab eoq; ue quæsita, *quò tàm festina properaret? Ad campum* dixit, *quo Catholicorum populus convenit. Et non,* inquit Præfectus *audisti, quod omnes interficiendi sint, illic inventi? Audivi,* inquit, *& ideo festino, ut ibi inveniar.* Rogata denuò, *quò parvulum illum secum traheret? ut & ipse,* respondit, *Martyrium consequi mereatur.* Addit *Theodoretus* cap. 16. *Ardens enim divino fervore animus, nullo tangitur humano metu, sed terrores tales pro risu ac joco habet;* quâ Edessenæ mulieris, ac reliquorum convicium confertim ad locum Martyrii properantium constantiâ Imperator permotus, à furore & vesania sua remisit.

Sic *Josephus* lib. 18. Antiquit. cap. 11. de Judæis memorat, quòd audientes, Petronium Præsidem Româ à Cajo Imperatore mitti, ut ejus statuam in templo ponat, eidem nondum regionem ingresso Ptolemaidem primùm, mox etiam Tyberiadem occurrerint, suppliciter rogantes, *ne se ad eam necessitatem adigeret, neve sacratam urbem vetitis imaginibus pollueret:* quumque is objiceret; *An igitur bellum geretis cum Imperatore? Nequaquam,* dicebant *pugnabimus, sed moriemur citius, quàm à legibus Dei discedamus,* simulq; procumbentes nudatis jugulis paratos se dicebant ad excipiendos gladios, quâ constantiâ apud Petronium obtinuerunt, ut ad Imperatorem scriberet, & abrogationem decreti, interveniente Agrippæ intercessione, obtineret.

Habet ergo Becanus responsum nostrum ad quæstionem, *quid essemus facturi, si Magistratus aliquis nos cogere vellet ad religionem Papisticam?* Nempe nec fidem Evangelicam abnegaturi, nec Magistratum abdicaturi, sed potius omnia media tentaturi pro Principe placando, & si nihil proficeretur, quævis patienter toleraturi, & si opus, ipsum sanguinem essemus profusuri.

QUÆSTIO III.

Num subditi Tyrannum deponere, & vi vel fraude interficere possint & debeant?

Notum est omnibus, *tyranni* nomen olim pro quolibet Rege aut Reipubl. Principe fuisse usurpatum, adeoque fuit honestum & amabi-

& amabile nomen; quod evincit etiam versus apud Virgil. ... id. 7.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse tyranni. Dev... à ... vel à τύρσις, quia turres & arces tyrannorum vel gubernatio ... propriæ. Violenta verò & incivilis Regum dominatio vocem honestam in odium vertit, quod aliis quoque vocabulis evenit, ut *Sophista, latroni, parasito, magia.*

Uti duo sunt genera tyrannorum. Duplex verò tyrannorum genus esse, suprà monuimus, *cap. 2. quæst. ult.*

Quidam sine titulo. *Quidam* enim sunt tyranni, *sine titulo, vel occupatione*, qui imperium invadunt, sibique præter jus rapiunt, in aliena Republica, vel sua, quales in Dei populo fuerunt Abimelech & Athalia.

Quidam exercitio. *Quædam* sunt tyranni *exercitio vel administratione*, qui non quidem invadunt alienum imperium; sed abutuntur suo, dum imperant ad utilitatem propriam, non subditorum; leges exigunt ad suos mores, non contra, mores suos ad leges; metui student, non amari; subditos timent, non subditis; & successori relinquere conantur Rempublicam turbatam, non tranquillam; quorum *hoc* verorum Regum; *illud* tyrannorum semper est proprium. Neque verò aliquis ideo tyrannus censeri debet, quòd durius imperet subditis, & sic agat cum eis, ut Dominus cum servis. Si enim δεσποτικὸν imperium fuerit legibus stabilitum, & accesserit consensus populi; tum si Rex herili illâ potestate utatur, tyrannus non erit, nec in ipso resi... ...bit culpa, sed potius in populo, quorum ingeniis ea regni forma est accommodatior, ut qui ita sunt cerebrosi, & præfractis animis, ut alit... ... officio contineri nequeant, quale imperium Aristoteles vocat βαρβαρικὸν, *3. Polit. 4.* Neque dissimulandum, multa in hac vel illa gente haberi civilia, quæ alibi essent tyrannica, multasque virtutes desiderari posse in Principe; quem tamen nequeas meritò tyrannum indigitare, quia sunt cætera boni, amantes æqui, & paterno ergà subditos affectu. At si quis potestate legibus concessâ, planè abutatur ad libidinem, & subditorum pascatur sanguine, suorum insultans damnis; hic sine dubio est tyrannus exercitio vel administratione.

Sic duo sunt genera Regum & Principum. Porrò autem, ut duo tyrannorum; sic *duo* etiam *Regum & Principum* sunt *genera.*

Quidam ἀνυπεύθυνοι. *Quidam* sunt ἀνυπεύθυνοι, & reddendæ rationi nequaquam obnoxii, quia imperium in subditos habent absolutum, nec tenentur

certis

certis quibusdam pactis vel legibus regni fundamentalibus obstricti, quales dicuntur esse Reges *Hispaniæ*, *Britanniæ*, *Galliæ*, *&c.*

Quidam sunt ὑπεύθυνοι, & reddendæ rationi obnoxii, qui creantur electione Optimatium vel Ordinum Regni; adeoq; imperium non obtinent absolutum; sed certis limitibus, conventis & conditionibus circumscriptum, quibus violatis, populus non teneatur obsequi, ut ita potestas summa penes ordines & optimates maneat. His ergò distinctionibus præmissis, ad quæstionem per tres positiones respondebimus. *Quidam ὑπεύθυνοι.*

Prima Positio.

Tyranni sine titulo vel occupatione, à subditis jure deponi & interfici possunt. *Tyranni sine titulo jure deponi & interfici possunt.*

Ratio in promtu est, quia sunt prædones & raptores publici, qui per vim irrumpunt in possessionem alienam, & iniquè aliena possident. Neq; hîc primùm expectanda est Papæ, aut cujusdam externi Principis sententia: *In reos Majestatis & publicos hostes omnis homo miles est*, ait Tertullianus, Apol. c. 2. Hinc Judices divinitus excitati, ab externorum hostium & tyrannorum jugo Israelitas liberârunt sæpius, teste judicum historiâ. Et Mathatias injustam Antiochi oppressionem justo bello repulit, *1. Maccab. 3.* Neq; de hoc nos inter & Pontificios ulla est controversia. Videatur *Gregorius de Valentia*, qui Tomo 3. disp 5. quæst. 8. punct. 3. col. 1274. A. B. ita scribit: *Si quis esset tyrannus per arrogatam potestatem, quam vi obtineat, quilibet posset eum occidere, si non esset recursus ad superiorem, nec majus inde communitatis detrimentum sequeretur. Nam tota Respublica censetur gerere justum bellum contrà ipsum; & ita civis quilibet, ut miles quidam Reipublicæ, posset eum occidere. Sicut* Jud. 3. *Aod occidit Eglon tyrannum: quem Aod, dicit ibi Scriptura, fuisse à Deo suscitatum* Salvatorem filiis Israel, *quibus Eglon ille Rex Moab tyrannicè imperaverat decem & octo annis. Unde quando* in Concilio Constantiensi, sess. 15. *prohibentur particulares occidere tyrannum; intelligendum est de tyranno primo modo*; (qui nempè tyrannus est non per arrogatam sibi injustè possessionem; sed solùm per pravum, & communitati exitiosum legitimæ alioqui auctoritatis usum in gubernando) *de hoc enim eadem est ratio, atq; de aliis malefactoribus, qui solùm per publicam potestatem puniri possunt.* Addimus tamen hoc, si regnum injustè partum, posteà justè administretur, si desit legitimus successor, si alieni regni invasor

Nisi interveniat voluntas populi, & fides data. non amplius imperet invitis, sed volentibus, ... verba ... & regni Ordines ultrò juraverint, talem Regem vel tyran... plius oppugnari, vel è medio tolli non posse. Sunt ... pauca florentissima, & benè constituta, quibus tamen in ... jus, sed vis, belliq; fortuna. Non quidem alia regna ... neq; hic locus est præscriptioni. Voluntas tamen populi, fides ..., & leges non per vim, sed ex æquo & bono constitutæ jus acqu... Regi, & potestatis Regiæ maximum sunt firmamentum. ... Augustinus in Psal. 124. rectè scribit: *Aliquando injusti perveniunt ... seculi*, quum perveniunt & facti fuerint vel Judices vel Reges; ... facit Deus propter disciplinam populi sui, non potest fieri, nisi ut exhibeatur illis honos, debitus potestati.

Secunda Positio.

Tyrannus exercitio & Princeps ὑπεύθυνος, ab inferiori Magistratu potest deponi & armis oppugnari.

Tyrannus exercitio vel administratione, si sit ὑπεύθυνος, vel certis conditionibus electus, à regni Ordinibus deponi, & si arma capiat, armis quoq; oppugnari potest.

Quod probatur ab officio Magistratus. Nam 1. Magistratus *officium* hoc requirit, quippe cujus est ... tos tueri contra injustam oppressionem. Ordines verò regni, ad quod caput aliquod certis conditionibus est evectum, sunt loco Magistratus, quia partem potestatis in electione sibi reservârunt, adeoq; non ... merè & absolutè subditi. Quia ergò Evangelium non abolet P...itias, & verò ad jura politica, & officium Magistratus hoc ipsum pertinet, quod regni alicujus Ordines Principi liberè electo, & contra fidem ... genti, resistere possint; utiq; si hoc ipsum faciant, rebellionis accusari minimè possunt. Ut enim ministri Ecclesiæ aberrantes Principes ve... arguere, ac consiliarii sanis eos consiliis in viam revocare debent: Sic Ordines regni, quibus à Deo datus est gladius, vi armatâ tyrannicis ipsorum conatibus resistere queunt.

A modo obligationis mutuæ. 2. *Modus obligationis mutuæ* idem confirmat. Inter Principem enim potestatis restrictæ, & Ordines regni electivi talis contractus fuit ... ut Princeps in leges regni fundamentales prius juraverit, quàm Ordines nomine quorũvis subditorũ fidem pollicerentur. Si ergo Princeps ... ab hoc contractu discedit, non servando conditiones ex sui parte, ... vis intelligit, Ordines regni ab obedientia ipso jure absolvi, quippe quæ non absolutè, sed tantùm sub certis conditionibus promissa est.

3. Acce-

3. Accedunt insuper *exempla non pauca.* Nam *Jojadas* deposuit Athaliam, 2. Reg. 11. *Judas & reliqui Machabæi* restiterunt Antiocho, 1. Maccab. 2. seqq. *Constantinus* oppugnavit Licinium Collegam in imperió, Christianos persequentem. *Lutherus* Tomo 7. German. Jenens. im **Bedencken von der Gegenwehr** / fol. 386. addit alia duo exempla. Primum, quód Populus restiterit Sauli, Jonathanem occidere cupienti, *1 Samuel. 14.* *Alterum*, quòd Ahikam, aliiq; Principes Israelitici opposuerint sese Regi Jojakim, ad internecionem quærenti Jeremiam *cap. 26. v. 16. sequentibus.* *Ab exemplis.*

4. Si Ordinibus regni denegatur potestas, se suosq; contra injustam vim defendendi, sequerentur hæc absurda. (1.) *Non* esse discrimen inter Principes absolutæ, & inter Principes restrictæ potestatis. (2.) *nec esse* discrimen inter merè subditos; & inter regni Ordines, quibus aliàs pars potestatis competit, ac quibus cura boni publici ex parte adhuc incumbit. (3) *Promissionem* Principis, quam ante evectionē ad regnum præstat Ordinibus, nullius esse momenti, quum pro arbitrio ab ea discedere, nec ad impletionem ejusdem ab ordinibus cogi possit. (4.) *Electionem* Principis intuitu boni publici susceptā in extremam regni perniciem vergere, quum libidini ejus nemo queat resistere vel modum ponere. *Ab absurdis.* *A suffragiis Theologorū & JCtorum.*

5. Tandem addimus *suffragia Theologorum*, ut Lutheri, Philippi, Bugenhagii, Justi Jonæ, Ambsdorffii, Crucigeri, Majoris, Menii, &c. ut etiam *Jurisconsultorum Witebergensium* & aliorū, quæ colligit Dn. *Hortlederus*, Tom. 2. lib. 2. de causis belli germanici.

Tertia Positio.

Tyrannus exercitio, & Princeps ἀνυπεύθυνος non facilè potest deponi vel oppugnari.

Tyrannus exercitio, si sit ἀνυπεύθυνος & absolutæ potestatis, à merè subditis deponi, armis oppugnari, vel interfici non facilè potest.

Quoad hanc positionem â nobis maximè dissentiunt Pontificii, qui geminum hîc errorem fovent. (1.) *Tyrannum malè describendo.* Nam illi Tyrannum æstimant ex *hæresi*, & quidem non vera, sed ficta & præconcepta, siquidem omnes illos Reges & Principes tyrannorum loco habent, & à quovis subdito è medio tolli posse statuunt, qui à Romana secedunt Ecclesia, qui Papæ quocunq; modo adversantur, qui libidini ejus & avaritiæ non satisfaciunt, aut qui Pontificum decretorum jugum excuti, conantur illud armis, omniq; ope & operâ retinere; s. vel maxi- *Quo in themate dissentiunt Pontificii,* *Qui tyrannum malè describunt.*

mè aliàs imperium legitimè acquisiverint, & re[illegible]tè [illegible] quod Heinrici IV. Imperatoris, & *Heinrici III.* Galliæ Regis ex[illegible] lentè indicat. Sed nec hæresis est, ab Ecclesia Romana, [illegible] sit, recedere; nec si hæresis esset, propterea [illegible] possent Principes, quum longè aliud sit hæresin [illegible] & [illegible], regnum tyrannicè administrare. Nos apertè dicimus, *hæres[illegible]* [illegible] quam ob discessum à Romana Ecclesia pro hæretico habere, [illegible] *tyrannidem esse*, aliquem ob istum discessum pronunciare [illegible].

Et tyrannos licitè abdicari posse statuunt.

(2.) *Tyrannos licitè abdicari & occidi posse statuendo.* Nam Pont[illegible] *Zacharias* Francis de Childerici abdicatione *consulentibus* ita [illegible] apud *Aventinum*, lib. 3. Annalium, *Princeps populo, cujus benefi[illegible] possidet, obnoxius est. Quæcunq; enim habet, potentiam, honorem, divitias, gloriam, dignitatem, à populo accipit, plebi eadem accepta referat. [illegible] plebs constituit, eundem & destituere potest.* Sic in Aphorismis Con[illegible]riorum, literâ T. in voce Tyrannus, pag. 293. edit. Antuerp. hæc præscribitur regula: *Tyrannicè gubernans justè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico judicio* (per quod non nisi judicium Papæ intelligitur) *Latâ verò sententiâ, potest quilibet fieri executor.* Scribit quidem *Becanus* Tomo I. in respons. ad Aphoris. 9. pag. 499. *Tyrannum ra[illegible]one administrationis non posse à subditis interfici, & hoc definitum esse in Concilio Constantiensi, sess. 15.* Sed verba Concilii multò aliter refert *Lessius* lib. 2. c. 9. dubit. 4. num. 10. nimirum hunc in modum: *Quilibet tyrannus potest & debet licitè & meritoriè occidi per quemcunq; va[illegible] [illegible]um vel subditum; etiam per clanculares insidias, & subtiles blandit[illegible], [illegible] adulationes, non obstante quocunq; præstito Juramento seu confæder[illegible] factis cum eo; non expectatâ sententia vel mandato Judicis cujuscunq;.* Pòst ipse Lessius talem addit ἐπίκρισιν: *In hoc articulo multi sunt errores.*

Primò; *quemlibet tyrannum posse occidi; nempe tam eum, qui tyrannicè administrat, quàm qui tyrannicè titulum occupat.* Secundò: *debere occidi per quemvis subditum, quum tamen ex his pleriq; exc[illegible].* Tertiò: *Idq; etiam contra juramentum, & fœdus juratum; quum omne Juramentum licitum sit servandum.* Quartò: *Nulla sententiâ Judicis expectatâ; quum si superiorem habet, ad eum primò sit confugiendum.* Apparet hinc, tum iniquitas decreti Constantiensis; tum dissensio ipsorum Romanensium. Addit autem Lessius num. 12. *Si tantum excrescat tyrannus, ut non videatur tolerabilis, nec ullum aliud remedium supersit; primum à Republica vel Comitiis regni, vel alio habente auctoritatem, esse* (tyrannum) *depo-*

deponendum, & hostem declarandum, ut in ipsius personam liceat quicquam attentare. Tunc enim desinit esse Princeps. Et sanè gravissima hæc quæstio in utramq; partem à Politicis disputatur, quorum argumenta prolixè refert *Keckermannus*, lib. 1. System. Polit. c. 28. pag. 425. seqq. Mihi verò vehementer placet pia & modesta sententia *Dn. D. Gerhardi*, quam Tomo VI. pag. 1314 proposuit his verbis: *Quum in Christiana Republica vix possint pejores dari Principes, quam quales fuerunt* Tiberius, Caligula, & Nero, *quos tamen Christus, Apostoli, & primitivæ Ecclesiæ doctores à solio dejiciendos esse nusquam docuerunt, sed potius ad obedientiam subditos cohortati sunt*; quum *rarò illa moles convelli sine convellentium exitio possit*, ut loquitur Tacitus lib. 4. ann. *ac minore ut plurimum periculo Tyrannus toleretur, quam ejiciatur*; quum *ejecto uno Tyranno novus plerumque succedat, priore deterior*; quum *satius sit à subditis hic peccari in defectu, quàm excessu, ac durissima quævis ab illis tolerari, quam prætextu defensionis Principem, de quo emendationis spes est, è solio dejici; ideò Theologus rectius fecerit, si populum Christianum sub jugo Tyrannico laborantem ad pœnitentiam ac patientiam hortetur, quam si vim armatam contra vindicis Dei flagella adhibendam esse doceat.* Non existimo negandum, (*scribit Brentius* in Comm. 1. Sam. 24.) quin Davidi in Regem divinitus electo, Saulem Tyrannidem exercentem tam oportunè in spelunca oblatum, interficere licuerit. Sed David maluit sequi, quod ædificaret, quàm quod impunè liceret, &c. *Et posteà*: Quòd David pepercit Sauli, magna laude dignum est, & docet multò honestius & utilius esse, ut ad evitanda offendicula de jure nostro aliquid remittamus, quàm summum jus prosequamur. *Regula generalis, eademq; ut certissima ita tutissima est illa Apostolica*; Qui resistit, divinæ ordinationi resistit. *An verò in hoc vel illo casu detur quædam exceptio, non est temerè pronunciandum, sed omnes circumstantiæ accuratè considerandæ. Frustrà contra Tyrannum capiuntur arma, nisi subditorum peccata, quæ Tyranni imperium meruerunt, prius emendentur; contra verò solà ad Deum conversione, & piis precibus liberatio à Tyranno sæpius fuit obtenta, absq; ullo armorum usu. Proinde si in privatis; multò magis in publicis injuriis, à Magistratu illatis, locum habere debet illud:* Satius est ferre injuriam quàm inferre. *In hac* sententia totus acquiesco, quum sit tutissima, & praxi Christianorum verorum confirmata; sanè patiendo non peccatur, sed agendo; & frustrà sumuntur arma, si Deus Tyranno uti velit tanquam flagello ad puniendа populi peccata. Opinio etiam contraria imperitum populum, ad

Sed nobis moderatior placet sententia.

ad resistendum aliàs proclivem, facilè irritare, atque [...] sam suppeditare potest, ut Respublica intestinis armis [...] mnia evertantur, dum Principis abdicatio tentatur ex [...] sumtione & nimia impatientia.

CAPUT IV.

DE LEGIBUS

QVÆSTIO I.

Num iniqua sit omnis lex, quæ non fertur κατὰ τὸ δυνατὸν vel quæ servari nequit?

Affirmant Pontificii.

ACriter contendunt Pontificii, hoc proprium esse omnium legum, ut tantùm possibilia, & in potestate ejus, cui fer[...] constitutâ præcipiant. Legatur totum caput 18. *Bellarmini*, lib. 5. de libero arbitrio, & apparebit evidenter, quæ [...] de hoc themate sit opinio. *Preceptum*, inquit, *est regula bene vivendi. Frustrà autem datur regula ei, qui non potest deficere, aut non potest non deficere.* Et Lessius in Consultat. Catholica, pag. 116. aperte scribit: *Si lex est impossibilis; Ergò non obligat. Nemo enim obligatur ad impossibile. Nullus unquam tyrannus subditos suos ad impossibilia obstrinxit, & Deus id faceret? Absit ab eo tam barbara immanitas?* Hinc ergò concludunt omnem legem, & per consequens, divinam quoque, factu possibilem esse, atque sic hominem præceptis Dei plenè in hac vita satisfacere, ideoq; per operum merita salvari posse.

Nos negamus quoad legem divinam,

Verùm respondemus, confictam esse illam legis proprietatem, *quòd semper præsupponat δύναμιν agendi, & tantùm possibilia præscribat.* Humanas quidem, civilesq; leges oporret ferri κατὰ τὸ δυνατὸν, alias iniquæ forent & tyrannicæ: quoad divinam verò legem dispar est ratio, ideoq; hîc urgenda est regula Theologica: *A præcepto ad velle, & ad posse non valet consequentia.* Ubiq; enim in Scripturis inculcatur, Dei legem

Quæ à nobis impleri nequit.

à nobis impleri non posse: *1. Ob naturæ infirmitatem*, & inchoatam tantùm renovationem. 2. Ob *summam perfectionem*, quam lex requirit, *Matth. 22. v. 32. Marc. 12. v. 28. Luc. 10. v. 25. Rom. 7. v. 14.* Hinc Paulus ipse lamentabili voce queritur, se legi satisfacere non posse, *Rom 7. v. 14. seqq.*

14. seqq. ideoq; omnis sanctus quotidianà veniæ petitione opus habet, *Psal. 32. v. 6.* Imò ipsa conscientia privatum testimonium perhibet cuilibet, quòd si Deus nobiscum intrare vellet in judicium, consistere nequeamus, *Psal 130. v. 3. Ps. 143. v. 2.*

Quocirca ut ad istud argumentum Papisticum, *à generali legis conditione* desumtum, plenè respondeatur, sequentia veniunt notanda.

1. Quando Pontificii adversus Pelagianos, legem & mandata Dei urgentes, disputant; tunc infirmam à lege ad possibiliatem, consequentiam esse, agnoscunt ipsi, atque ita sibi sunt contrarii, de quo videatur cap. 3. & 6. *Bellarmini*, lib. 2. de libero arbitrio. Nam *c. 6.* ad argumentum hoc Pelagianorum à præceptis sumtum, respondet his verbis: *Scripturæ, dum hortantur homines ad conversionem, id monent, ut quum a Deo vocantur & excitantur, non resistant Spiritui sancto, juxta Psalmum:* Hodiè, *si vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Et cap. 3. l. 2. ad dictum Christi, *Venite*, &c. respondet, *Christum invitare omnes, ut veniant, non quòd possint homines solis naturæ viribus venire, quum scriptum sit* Johan. 6. Nemo potest ad me venire, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum; *sed ut admoneat, ut gratiæ prævenienti cooperentur, & non resistant Spiritui sancto.* Hæc Bellarmiuus sibi contradicens. Si enim præceptum frustrà datum est, si datum ei, qui servare non potest, responsiones hæ Bellarminianæ ad argumenta Pelagianorum nihil valent.

Pontificii autem in hac quæstione sibi ipsis contrarii sunt.

II. Si mandatum δύναμιν servandi semper & certò præsupponeret, sequeretur, hominem quemvis, ex solis naturæ viribus posse universam legem perfectè implere, posse in Christum verè credere, & omnia ad salutem necessaria ex seipso operari, siquidem hæc omnibus, tam non renatis, quam renatis, injuncta sunt, uti patet ex *Ezech. cap. 18. v. 31. Zach. 1. v. 3. Matth 11. v. 27.* Consequens autem omninò Pelagianum est, & ab ipsis Pontificiis rejicitur. Antecedens igitur firmum & universaliter verum qui esset? Sed excipit Bellarminus; *hanc responsionem planè extra rem esse, siquidem hic non disputetur, possitne lex solis naturæ viribus adimpleri*, (quum ipse non ignoret, auxilium gratiæ esse modis omnibus necessarium) *sed quæstio ea sit: Utrum posito* auxilio gratiæ, homo sit verè liberi arbitrii, ita, ut possit legem implere, vel eandem, si maluerit, prævaricari: *Nos igitur dicimus*, inquit, *posito auxilio necessario, quodcunque illud sit, hominem verè propriéq; liberum esse in moralibus.* Atque *id probamus, quoniam alioquin lex omnis frustrà data esset.*

Absurdo ansam præbent.

Sed

Sed verba hæc Jesuwitica sunt, hoc est, ad fallendum [illegible] composita. Non enim nunc quærimus de viribus gratiæ, vel de [illegible] trio post conversionem; sed de libertate arbitrii in homine non [illegible] to ante conversionem. Committit ergò Bellarminus ig[illegible] ἐλέγχου. Deinde exponat nobis: *Annon lex data sit omni omn[illegible], non solis renatis?* Imò lex à non renatis obedientiam magis po[illegible] extorquere vult, quàm à renatis, siquidem *νόμος δικαίῳ οὐ κ[illegible]*. Disertè igitur respondeat Bellarminus; *Possintne illam non renati præ[illegible] secus?* Si *negat* posse, destruit suum argumentum, quo vult concludere, legem frustrà esse latam, si præstari nequeat ab hominibus [illegible]tia: Sin *affirmat* quoad renatos, statum pervertit, quia quæstio [illegible] de viribus arbitrii nondum liberati. Proinde sic argumentamur: *Si lex* omnibus hominibus, etiam renatis data, ab ijs nullo modo im[illegible] potest, sequitur, quòd non omne id, quod præcipitur, sit in potestate ejus, cui præcipitur, seu, quòd à præcepto ad posse non valeat consequentia. Verum autem est prius. Ergò etiam posterius.

Exemplis refutari possunt, quòd non omne præceptū præsupponat possibilitatē agendi.

III. Proferri possunt & alia exempla, quibus aliquid præcipitur, quod tamen non est in potestate ejus, cui præcipitur, ut *Gen. 15. v. 5.* dicit Deus ad Abrahamum: *Suspice cœlum, & numera stellas, potes [illegible] numerare?* Hoc sanè præcepto impossibilitas potius, quàm potestas numerandi stellas haut obscurè innuitur. Sic *Esa. 42. v. 18.* dicitur: *Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.* Sive hîc surditatem & cæcitatem naturalem, sive spiritualem intellexeris, impossibile tamen præcipitur. Sic Christus filiæ Jairi mortuæ præcepit & dixit: *Puella surge*, Matth. 9. v. 25. Lazaro sepulto & jam fœtenti mandavit, *Lazare veni foras* Johan. 11. v. 43. Et Petrus defunctæ discipulæ dixit: *Tabitha surge* Act. 9. v. 40. Tunc autem hinc colliges, aut cadavera ista habuisse *δύναμιν* surgendi & semetipsa vivificandi, aut Christum fuisse tyrannum, quòd impossibilia præceperit? At verò *illud* absurdum, *hoc* blasphemum; *Utrumq;* falsum est.

Neq; Deus statim est tyrannus, quando impossibilia præcipit.

IV. Si porrò quæratur: *Annon tyrannicum sit, vel ad minimum frustraneum, mandare impossibilia, & obligare ad ea, quæ non sunt in potestate nostra?* Negativè responderi debet. Nam sicuti *Matth. 18. v. 28.* Creditor justè requirit suum debitum ab eo, cui quidem ne teruncius superest; Ita quidnî & Deus justissimè, sine omni crudelitate & tyrannide, ab hominibus, debitoribus suis, per præcepta legalia id, quod facere debent, exposceret? *Præterea*, licet Dei præcepta, tum legalia, tum

Evangelica, nobis sint impossibilia; tamen non omninò frustranea, sunt, neq; Dei crudelitatem; sed benevolam potius voluntatem indicant, quandoquidem multi ex iis usus ad nos redundant. Nam debiti & infirmitatis nostræ nos commonent, ad preces invitant, ad Christum manuducunt, corrigunt morbum, & inhibent contumaciam, quos usus singulos explicavi prolixius *parte 2. Philosoph. Sobriæ, Sect. 2. cap. 2. quæst. 3.*

QUÆSTIO II.

Num lex possit obligare illos, quibus non est promulgata?

PLeriq; Pontificii censent, publicam promulgationem esse necessariam, & universalem legis affectionem. Ita enim loquitur *Thomas de Aquino*, 1. 2. quæst. 90. art. 4. *Promulgatio ipsa necessaria est ad hoc, quod lex habeat suam virtutem.* Consentit *Dominicus à Soto*, lib. 1. de Instit. quæst. 1. art. 4. ubi hanc conclusionem nectit: *Nulla lex ullam vigorem habet legis ante promulgationem, sed tunc instituitur, quando promulgatur*, quæ posteriora verba desumta sunt ex Jur. Canonico, *distinct. 4. cap. in istis.* Sed merè particularis est hæc proprietas, legi humanæ tantùm competens; non autem universalis, quum de lege connata, promulgatio propriè dicta nequeat affirmari. Nec enim illam addiscimus, accipimus, legimus; sed ex Natura ipsa arripimus, haurimus, exprimimus; ad illam non docti, sed facti, nõ instituti, sed imbuti sumus, uti loquitur *Cicero* in Oratione pro Milone. *Affirmant Pontificii universaliter.*

Excipit quidem Thomas, *esse promulgatam hoc ipso, quòd Deus eam mentibus hominum inseruit naturaliter agnoscendam.* Verùm longè *aliud* est naturalis impressio; & *aliud* propriè dicta promulgatio. *Illam* de lege naturæ affirmamus; *hanc* negamus, quum fatente *Thomâ*, requirat notitiam & cognitionem legis promulgandæ. Hæc autem non cadit in infantes, qui tamen legem naturæ mentibus inscriptam habent. Et certè σιδηρέξυλον est, unam eandemq; legem innatam simul, & promulgatam appellare. Si enim innata est, promulgata non est, & contrà. Ingeneratio enim fit, nobis nil tale scientibus, per naturam; Promulgatio autem, non nisi scientibus & intelligentibus, per Magistratum. Hinc *Gregorius de Valentia* ipse fatetur; *Impressionem naturalem propriè non esse promulgationem*, Tomo 2. disput. 7. quæst. 1. pun. 2. col. 869.

Objicit autem Thomas: *Lex est regula actionum, quæ nulli operantibus applicetur, vana est. Applicari autem nequit, nisi per promulgationem, quâ in notitiam deducitur eorum, qui legi subjiciuntur.*

Respondeo. Regula applicatur *vel* actionibus; *vel* agentibus. *Actionibus*, per obedientiam, quâ id fit, quod regula requirit. *Agentibus* autem *vel* per naturalem impressionem, *vel* per actualem notitiam & promulgationem. Falsum igitur est, sine promulgatione nullã dari legis applicationem. Tunc enim applicatur nobis lex Naturæ. quando ingeneratur, animisq; nostris profundè infigitur.

Quod verò ulterius concernit *legem humanam*, notari debet quòd *aliud* sit vis obligativa, vel actus primus, & *aliud* obligatio ipsa, vel actus secundus. Ad *vim obligativam* non requiritur promulgatio publica in omnibus communitatibus; sed sufficit, si lex in aula Principis concepta, confirmata, & in loco regni primario, tanquam communis regula solenniter promulgata sit. Ad *ipsam* verò *obligationem actualem*, cum reatu pœnæ conjunctam, requiritur notitia & universalis promulgatio. Nisi enim lex omnibus intimetur; omnes actu ipso non constringuntur, neque rei fiunt pœnarum. Hinc rectè negant JCti, aliquem obligari lege, antequam illam sciat, vel scire possit, etiamsi fuerit in Curia promulgata. Sic lex Imperatoris non obligat Saxones, nisi iis promulgetur, quamvis prælecta & proposita sit in Bohemia. Quo tamen ipso non hoc innuitur, quòd lex cuivis in individuo debeat intimari, sed sufficit, si toti communitati prælegatur & proponatur, à qua si quis se subtraxit, ignorantiam prætendere nequit. Est enim crassa & affectata; non ex defectu mediorum sciendi, sed ex supina negligentia ortum trahens.

Quod autem hactenus de legibus humanis in genere dictum est, id de legibus quoque *Pontificiis* intelligi debet. Quantumvis enim Papa jus non habeat ferendi leges in Ecclesia, tamen quum hoc de facto facit, vel facere præsumit; non minus tenetur suas leges omnibus promulgare, quàm alii Principes, si modò obligare debeant. Absurda proinde & iniqua est *Gregorii de Valentia* opinio, quum Tomo 2. disput. 7. q. 5. pun. 5. col. 947. B. expressè scribit: *Satis esse ad obligationem totius Ecclesiæ, si leges promulgentur Romæ.* Contrariatur hoc effatum naturali æquitati, & generalibus Juris principiis. Imò hoc pacto tollunt Pontificii jus propriũ, nempe Canonicum. Ita n legitur dist. 4. cap. In istis. *Leges instituuntur, quũ promulgantur.* Et ita definit Bonifacius IIX.

in

in cap. *ut animarū*, de constitutionibus: *Ut animarum periculis obvietur, sententiis iis per statuta quorūcunq; ordinariorū ligare nolumus ignorantes.* Viderit autē *Valentianus*, quomodo consentiat cum Thoma, Magistro suo, qui 1. 2. q. 90. art. 4. universaliter de omni lege scribit; *Eam, ut obligandi vim habeat, promulgari, & ad eorum, qui legi subjiciuntur, notitiam deduci oportet.* Hæc nimirum est bella illa Papalium concordantia, quoad primarium Papisticæ religionis caput, de valore & obligatione legum Pontificiarum. Verè sunt instar vulpecularum Samsonis; *Cohærent caudis, sed dissident capitibus.*

QUÆSTIO III.

An nulla lex obliget, nisi prius cognita fuerit?

Universaliter affirmant Pelagiani, & quidam Pontificii, hinc concludentes, quòd *infantes careant peccato propriè dicto, quia nulla lege obligentur. Neminem enim obligari posse, nisi legem cognoverit, qualis cognitio non cadat in infantes.* *Affirmant Pelagiani & quidam Pontificii,*

Sed respondemus breviter 1. Si infantes legem naturæ sibi inscriptam habent, dabitur aliqua lex, quæ actu non cognoscitur. γνῶσις n. actualis non datur in infantibus. Prius autem verissimum est, non negantibus adversariis. Ergò & posterius. *Qui refutantur.*

2. Si dantur peccata ignorantiæ, dabitur etiam aliqua lex, quam ignorat prævaricator. Antecedens nemo sanus negat. Ergò & concedendum consequens.

3. Infantes primùm violarunt in Adamo legem, *Genes. 2. v. 17.* præscriptam. Adam enim stirps erat & radix totius generis humani. Ut ergò si Adam stetisset, & nos stetissemus: Ita quum Adam caderet, & nos cadebamus, legemq; Domini transgrediebamur. *Fuit enim Adam, & in illo fuimus omnes. Periit Adam, & in illo perierunt omnes*, uti loquitur *Ambrosius*. lib. 7. in Lucam. Deinde violant legem in propria persona. (1.) Ob *defectum justitiæ Originalis*, & sic *ob peccata omissionis.* Lex enim requirit integritatem talem, ut Deum diligamus ex toto corde, & ex totis viribus, sine ulla dubitatione, sine omni contemtu. Hæc integritas, quia in infantibus non reperitur, idcircò legem violant, à qua etiam ob illum defectum arguuntur, & maledictioni subjacent. (2.) *Ob peccatum insitum*; quod *habituale* vocatur, quia membris no-

ſtris à prima usq; nativitate malus inhæret habitus, qui leg[i] [illegible] præceptis legis prorſus eſt contrarius. Ut enim juſtitia o[riginalis] [illegible] [fuit] obſervatio totius Decalogi; Sic injuſtitia ſuccedens, eju[s] [illegible] eſt [illegible] greſſio, de quo alibi diſputatur fuſius.

Porrò autem, quod humanam legem attinet, libenter [concedi]mus, eam non obligare, antequam ſit cognita. Nihil enim eſt aliud, quàm *regula faciendorum; & certa norma noſtrorum actuum à Ma[giſtra]tu propoſita.* Jam qui ſecundum normam agere debet, illiu[s] [notitia] carere nequit. Quomodo enim civis conformabit actus ſuos [regu]læ, quam penitus ignorat? Et quomodo pœnas dabit violationis [illegible] ſit propoſita, neq; ipſi cognita? Non certè voluntatem Principis [for]tè transgreditur ſubditus, ſi voluntas nunquam manifeſtata fuit. Hic enim valet Canon iſte: *Ubi nulla legis cognitio, ibi nulla prævaricatio*, [ni]mirum voluntaria, & cum obligatione ad pœnas conjuncta. Qu[am] ſapiens ſtatutum eſt Imperatoris, quod l. Leges, C. de Legibus & co[nſti]tutionibus habetur: *Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum [vit]as, intelligi ab omnibus debent.* Hinc pœnam ſtatutam non inc[u]rrunt, qui legem ex ignorantia tranſiliunt, modò illa non ſit ſupina & craſſiſſima.

QUÆSTIO IV.

An melius ſit legibus non ſcriptis gubernari Rempublicam, quàm ſcriptis?

Affirmativa videtur placere Pontificiis. Nota eſt Romanenſium ſententia, de traditionibus ſuis non [ſcri]ptis, quas pari cum Scripturis affectu pietatis ſuſcipiendas eſſe autumant, *in Concil. Trident. ſeſſ. 4.* Imò Scripturis eaſdem præfer[u]nt. Lindanus l. 1. c. 4. ſcribit: *Fidem Scripturæ futilem & frivolam eſſe, niſi eam traditio ſtabiliat.* Et lib. 2. c. 5. ait: *Traditionem non ſcriptam, eſſe Homericum illud μῶλυ, quod fidem Chriſtianam conſervet adverſus hæreticorum incantamenta:* quibus verbis inſinuat, Papiſtas mox interfici noſtris argumentis, velut incantationibus, niſi traditionum ſuarum μῶλυ adhibeant. *Martinus Pereſius*, lib. de tradit. aſſert. 5. p. 67. & 75. ſine traditionibus, & ſenſu Eccleſiæ Scripturas *Mortuas* vocat. *Canus* l. 3. c. 3. diſputat, majorem ad confutandos hæreticos vim in traditione, quàm in Scriptura eſſe. *Alphonſus Salmeron*, Tomo 13. diſput. 8. in epiſt. ad Romanos: *Traditio*, inquit, *eſt ad ſalutem neceſſaria, atque adeò magis, quàm ipſa Scriptura.* Petrus à Soto, in confeſſione Cathol. de Eccleſia,

docet

docet apertè: *Traditiones Romanæ Eccleſiæ efficaciores & potiores … Sacrâ Scripturâ.* Lindanus l. 1. de optimo genere interpret. fol. 9 *Traditio*, ait, *Eccleſiaſtica, omnis planè religionis & puppis eſt, & prora, indubitatumq́ salutis & caſtrum & propugnaculum. Salvo traditionis fundamento, nil noxæ inferretur Eccleſiæ, quantumvis Scripturæ aboleantur.*

Impiam hanc, & Eccleſiæ Dei vel maximè nocivam opinionem, inter alia probare volunt ab exemplo profanarum Rerumpublicarum, quæ magna ex parte legibus non ſcriptis regantur; & hinc Rempublicam Chriſtianam ſimili modo gubernandam eſſe colligunt. Ita enim diſſerit *Bellarminus*, l. 4. de V. D. cap. 8 col. 233. D. *Omnes profanæ Respublicæ magna ex parte legibus non ſcriptis reguntur.* Pericles *apud Thucydidem partitur jus Athenarum in ſcriptum & non ſcriptum.* Ariſtoteles lib. 3. Polit. c. 11. *partim optimis legibus; partim arbitrio optimi viri civitatem regendam eſſe ſtatuit.* Et lib. 5. de moribus, cap. 4. *Judicem ſive arbitrum jus animatum vocat, quòd videlicet aliud quoddam præterea exſtet jus ſcriptum, veluti mortuum.* Porrò *Lacedæmoniis Lycurgus nullam legem ſcriptam dare voluit*, ut ait Plutarchus; *ſed ſolis traditionibus vivere, quò eſſent in agendo, quàm legendo, diligentiores. Idem placuiſſe Ciceroni, ſatis apparet ex* l. 1. de legibus. *Et idem de ſapientibus Gallorum ſcribit Cæſar*, lib. 6. de bello Gallico. *Nobiliſſimi Philoſophorum, Pythagoras & Socrates, cùm plurima docuerint, nihil tamen ſcripſerunt, ut B. Auguſtinus docet, lib. 1.* de conſenſu Evangel. c. 7. *niſi quod Socrates fabulas ab Æſopo ſcriptas, verſibus proſecutus eſt.* Deniq; *in Jure civili, l. diuturn 1, ff. de legibus, & in Jure Canonico, diſtinct. 1. can. Conſuetudo, eadem tribuitur auctoritas legi ſcriptæ, & conſuetudini non ſcriptæ. Itaq; natura ipſa quodammodo clamare videtur, traditiones non ſcriptas, vel neceſſarias, vel certè utiliſſimas eſſe.*

Ad hunc Bellarmini diſcurſum reſpondeo trifariam.

I. Quòd in Rebuspublicis quidem, & conſuetudines nonnullæ admittantur, & certi judices ad decidenda litigia requirantur; Interim hoc judicium non eſt arbitrio vel rationi judicis permittendum, ſed ſecundum leges ſcriptas inſtituendum. Hinc Philoſophus, *3. Polit. 3. & 5. Eth. 6.* melius eſſe ſtatuit, *dominari legem, quàm hominem*. Nam citius inveniuntur pauci ſapientes, qui ſemel condant leges; quàm periti ſemper Magiſtratus, qui jus ex proprio ingenio dicant. *Deinde*, in ferendis legibus majori circumſpectione & prudentiá negotium geritur, quàm in judiciis, ubi niſi præſcriptam legum regulam ſequatur Judex, quum

Nos reſpondemus 1. Quòd in Repub. rectius judicetur ſecundum leges ſcriptas.

ex tempore nonnunquam dicenda ſit ſententia;facilimè ad quoſvis errores perducetur,præſertim quo magis reſpectu perſonarum movetur aut affectibus in transverſum rapi poteſt, à quibus omnibus legum forma immunis planè eſt, quæ quum de univerſalibus & futuris dictata ferat, nullâ ſingularium aut præſentium circumſtantiarum conſideratione turbatur: quò ſpectat dictum Ariſtotelis, 10. Eth. 9. *Ex hominibus quidē eos inimicorū loco habent, qui adverſantur appetitionibus, etiamſi rectè id faciant. Lex verò non eſt odioſa, præcipiens, quod bonum eſt.* Unde qui *legem præeſſe jubent, Deū præeſſe jubent; qui autē hominem, ſævā adjungunt beſtiam*, ait idē l 3. de Repub. c. 1. Multò igitur conſultius eſt, ut Reſpublica, ſi non in totum; maxima tamen ex parte regatur legib. ſcriptis; neq; hîc regulam præſcribere poſſunt antiqua nonnullarum civitatum legibus non-ſcriptis utentium exempla, quum in contrarium plura poſſint allegari; neq; hîc quæratur de facto, ſed de jure, vel eo, quod eſt melius & conſultius. Ariſtotelis quæ fuerit ſententia, nunc indicatum eſt. Quòd verò ſimul arbitrio optimi viri civitatem eſſe regendam ſtatuit, id noſtræ nihil derogat ſententiæ. Nam omninò requiruntur optimates, & judices: Illi tamen ſecundum leges ſcriptas, non ex mero arbitrio, ſine legibus judicare & regere debent.

2. Quòd longè alia ſit ratio Reipub. & alia Eccleſiæ.

II. Si maximè fieri poſſet, ut Reſpublica quædam legibus non ſcriptis, & quidem rectiſſimè regatur; longè tamen alia ratio eſt Reipublicæ & Eccleſiæ; nec ſequitur, hanc quoque traditionibus non ſcriptis quoad res fidei gubernandam eſſe.

Nam 1. leges Politicæ non facilè poſſunt de rebus ſingulis cavere, & particularia quæq; complecti, unde conſuetudines nonnunquam oriuntur, vim legis habentes. Deo autem facilè fuit, omnia ad Salutem neceſſaria in Scripturis tradere. Neq; tamen in Rebuspublicis ſemper & abſolutè valet conſuetudo. Nam *Cicero* ait l. de Claris Oratoribus: *Non eſt utendum praviſſimâ conſuetudinis regulâ.* Et Demoſthenes alicubi ſcribit: *Non ita faciendum eſſe, ut ſæpè fieri ſolet, ſed ut fieri oportet*, οὐχ ὡς γέγονε πολλάκις; ἀλλ' ὡς προσήκει γίνεσθαι.

2. In rebus politicis, quæ ad vitam pertinent, homines lumen quoddam rationis habent, & quid facto ſit opus, intelligunt: Aſt in religione, rebusq; ſpectantibus ad fidem, cæci ſunt homines naturâ, nec poſſunt ſine præſcriptis legibus, verbisq; divinis Deum ritè colere, aut ad ſalutem pervenire. Quare nullo modo ſibi relinquendi; ſed ad certas, deſcriptasq; leges adſtringendi ſunt.

III. Idem

III. *Tandem*, Licèt ad tempus Ecclesia etiam legibus vel traditionibus non scriptis gubernata fuerit, negari tamen nequit, modum istum regendi tandem multis depravationibus factum esse obnoxium, unde divina etiam bonitas illum immutavit. Proinde sic argumentamur: *Quicquid* communibus veritatis corruptelis, & interitui valdè est obnoxium, istud fidei norma immutabilis & infallibilis esse nequit; *Sed* traditio non scripta, communibus veritatis corruptelis & interitui valdè est obnoxia: *Ergò* fidei norma immutabilis & infallibilis esse nequit. *Minor* probari potest dupliciter *à priori* vel per rationes; & *à posteriori* vel per exempla. *A priori*, quia ob mentis humanæ hebetudinem, memoriæ imbecillitatem, Satanæ malitiam, seductorũ calliditatem, & mundi perversitatem, facilè vitiari potest vivæ vocis traditio, & longè citius, quam literarum monumentis instituta doctrinæ propagatio. Fieri potest, ut posteri vel non satis percipiant majorum tradita, vel non fideliter custodiant, vel aliquid de suo addant, & pro traditione divina vendicent, quod falsum est & erroneum, quibus, aliisq; modis, adulterari corrumpiq; facilè potest traditio: *A posteriori*, quia in Veteri Testamento veritas ne quidem in longævis Patriarcharum familiis, per traditionem diu integra conservata fuit, siquidem Thara, Pater Abrahami serviebat alienis diis, *Jos. 24: vers. 2.* Laban, socer Jacobi venerabatur idola, *Gen. 31: v. 19. 30. 31.* & Israelitæ indulgebant idololatriæ Ægyptiacæ, *Ezech. 20. v. 18.* ideóq; Deus deinceps veritatem non vivâ voce tradi; sed in libros referri jussit, ut in illis conservaretur purius certiusque, juxta *Deuter. 31. v. 19. Esa. 30. v. 8.* Sic in Novo Testamento viventibus & videntibus adhuc Apostolis, doctrina vivâ illorum voce promulgata, cœpit depravari, quam ob causam libros scribere, & scriptos relinquere voluerunt, ut essent Ecclesiæ munimentum, quibus illa doctrinæ sinceritatem adversus impostores traditionem jactitantes, assereret, *Luc. 1. v. 3. 4. 2. Pet. 1 v. 12. 13. 15.* Hinc etiam viros Apostolicos, ad Ecclesias ablegatos, non mittebant absq; literis, ne qua suboriretur suspicio, vivę vocis traditionẽ falsò ab illis prætexi, sicut ita missi sunt ad Antiochenos Paulus & Barnabas, Judas & Silas, *Act. 15. v. 22. 25. 27.* ad Corinthios & Ephesios Timotheus, *1. Tim. 4. v. 17.* ad Colossenses Epaphras, *Col. 1. v. 8.* ad electos Ponti, Silvanus, *1. Pet. 5. v. 12.* Imò in communi vita, in pactis, conventis, testamentis, quæ diu conservari, & quando mentem nostram post obitum clarè aliis constare volumus; tum ista literis annotamus, & scripta relinquimus, quia scimus,

3. Quòd traditio vel verbũ non scriptum multis depravationibus sit obnoxium.

Quod probatur à priori.

Et à posteriori.

scimus vivâ tantùm voce tradita facilè adulterari posse, & tandem penitus perire, juxta versiculum: *Vox audita perit, litera scripta [illegible].* Sic periêre leges Lycurgi, Pythagoræ placita, & alia, quæ [illegible] fuêre literis consignata; nec plus de illis scitur, quàm quantum [illegible] scriptum reperitur. Certum enim quòd oblivioni & morti pro[illegible] sint omnia, quæ non sunt scripta: Unde *Thoma de Aquino* in Phi[illegible] *Verba*, inquit, *de facili transeunt, ea verò, quæ scripta sunt, perman[illegible]* Si ergò in rebus externis & humanis traditio tam facilè potest adulte[illegible] interire; ideoq; illi Scriptura, tanquam fidelior custos veritatis pr[illegible] tur; quantò majus erit periculum, si mysteria fidei, quæ ta[illegible] & à nostra ratione adeò sunt aliena, à traditione non scripta suspendere velimus?

QUÆSTIO V.

Num leges scriptæ, præsertim Jure civili comprehensæ, sint generalis norma omnium controversiarum forensium?

Affirmatur simulq; usus hujus problematis monstratur.

HAnc quæstionem ideò propono, ut eò facilius retundatur quædam Papistarum objectio, quâ obtinere volunt, Scripturam non esse sufficientem normam omnium controversiarum circa res fidei. Probare hoc inde conantur, quia primaria hæc controversia: *Num Scriptura sit Verbum Dei*, ex ipsa Scriptura dijudicari nequeat.

Hîc inter alia respondemus, quòd committant *ignorantiam Elenchi.* Nam quando dicimus, *omnia credenda in Scripturis contineri*, tum præsupponimus, Scripturam pro Dei verbo haberi; & cum Christianis agimus, qui sanctè illud credunt. Est enim hoc primum Christianismi & Theologiæ principium, quod in dubium minimè vocandum est. Distingui proinde debet inter *principium*, & inter *conclusiones*. Scripturam esse verbum Dei, est commune, & apud omnes Christianos indubitatũ principium, quod si quis Christianorum neget, ille ceu principium negans repudiari deberet. De *Conclusionibus* ergò nostram thesin volumus intellectam, nimir., præsupposito isto principio, nihil dicimus esse credendum, quod in illo ipso principio non contineatur. Jam si Jesuitæ dicant, *primùm credendum hoc esse, quòd Scriptura contineat verbum Dei, & hoc ex ipsa Scriptura probari non posse*; respondebo, instantiam esse prorsus alienam, quia confunditur principium cum conclusionibus. Hæc nostra mens est, quòd postquàm Christianus hoc principium suscepit, Scripturam esse verbum Dei; nihil illi sit credendum

dendum, quod in Scriptura non extet. Instantias ergo si proferre volunt, necesse est, ut exempla conclusionum Theologicarum afferant; non ipsum principium, quod utrinque ceu certum præsupponitur, in dubium vocent.

Optimo & accommodato simili hæc res declarari potest, quem etiam in finem problema hoc propositum est.

JCtus dicit, *Jus civile perfectam esse normam omnium politicarum litium*, quia contineat verba & decreta Summi Magistratus, qui absolutum decidendi & judicandi jus habet. Ubi si exponas instantiam hanc, *primò id controversum esse, an Jus civile comprehendat Imperatorum verba, & omnium litium sit norma?* hocque ipsum ex ipso jure civili tibi probari cupias; JCtus dicet, te sophisticari, & elenchum ignorare. Nam quòd Jus civile contineat Rescripta Imperatorum, & sit norma omnium litium, est in Jurisprudentia primum principium; quod si tu in dubium voces, non amplius tecum disputabit, quia prima negas principia, nec per istam instantiam infringetur ejus thesis, quòd Jus omnium controversiarum norma sit; siquidem istas intelligit controversias, quæ concernunt Juris conclusiones, non ipsum primum Juris principium. Ita, quum dicimus, *Scriptura Sacra est norma omnium litium Theologicarum*; tum præsupponimus, dari quandam Scripturam sacram, & eam comprehendi libris Biblicis; adeoq; per controversias in prædicato tantùm intelligimus eas, quæ post principium illud præsuppositum de articulis fidei moveri possunt & solent. Quòd si autem tu quærere incipias, de ipsius Scripturæ divinitate, tum negas in totum ipsum nostræ theseως subjectum, & commune, primumque Theologiæ principium, quod tamen utrinque præsupponendum, ut etiam ab utraque parte ceu certum præsupponitur, quum aliàs invicem disputare nequeamus, siquidem disputantes semper in aliquo communi principio convenire oportet.

Sic ergo nostram mentem explicamus: *Scriptura sacra*, (quando præsupponitur, & inter quos præsupponitur, eam continere verbum Dei,) est perfectissima norma omnium controversiarum. Præsupponitur autem inter nos & Pontificios. Ergo, inter nos & illos est norma omnium controversiarum, adeoque instantia de ipsius Scripturæ divinitate & certitudine, aliena; thesi nostrâ ita limitatæ haut opposita, sed cum turpi ignoratione elenchi conjuncta est.

QUÆSTIO VI.

An lex scripta secundum quàm judicatur, non sit, nec appellari possit Judex?

Nostri non semper distinguunt inter normam & judicem, Unde confusionis arguimur à Papistis.

NOstrates inter *judicem* & *normam fidei* non semper distinguunt, sed unicam Scripturam utroq; officio perfungi statuunt, quo nomine confusionis arguuntur à Papistis, qui contra docent, aliud esse *judicem*, & aliud *legem seu normam*. Bellarminus l. 3. de V. D. c. 9. col. 190. B. scribit: *In omni Republica benè instituta & ordinata lex & Judex distincta res sunt. Lex enim docet, quod agendum; & judex legem interpretatur, & secundum eam homines dirigit.* Et Gregorius de Valentia, Tomo 3. disp. 1. quæst. 1. pun. 7. §. 8. col. 158. ita disserit: *Solam Scripturæ auctoritatem non esse fidei judicem, ita probamus.* Auctoritas *ea, quæ est quasi lex & regula, ad cujus normam judicium fidei ferendum est, non est fidei judex.* Sed *auctoritas Scripturæ est quasi lex & regula, ad cujus normam judicium fidei ferendum est, ut Sectarii ultro fatentur:* Ergò *auctoritas Scripturæ non est fidei judex.* Et paulò post: *Lex & regula judicii ab ipso judice consuli, usurpari & applicari debet ad causam, quæ sit dijudicanda. Oportet autem id, quod consulitur, & usurpatur & applicatur, diversum esse ab eo, qui consulit, usurpat & applicat. Nam si non alia auctoritas est fidei judex præter illam ipsam, quæ est lex & regula scripta judicii fidei, malè prorsus consisteret Respublica Christiana: siquidem non posset facilè in ea retineri fidei consensio atque unitas; dum quilibet scriptam legem, & regulam fidei in sententiam suam raperet.*

Verùm non adeò magni hæc objectio, & tota quæstio momenti est, quippe quæ ex diversa *tum* judicis acceptione; *tum* legis & Scripturæ consideratione componi facile potest.

Sed respondemus distinguendo vocem Judicis.

Vox Judicis sumitur dupliciter, vel *strictè*, pro persona judicium ferente; vel *sensu latiori*, pro verbo judicis, omnes ejusdem sententias & decisiones continente. Nam utrumque judicare, ac per consequens judex esse dicitur. Sic quando *JCti* de intricata quæstione disputant, provocare possunt ad Jus civile Imperatorium, tanquam ad judicem, vel librum, decisiones juris continentem, ut vincat ille, cujus opinio cum scripto jure consentit; vincatur iste, cujus opinio ab illo dissentit. Pari modo quum de judice controversiarum Theologicarum agitur, *vel quæritur* de persona ferente judicium, & tum dicimus, talem judicem esse *partim* supremum; nempe Spiritum

Sanctum;

Sanctum; *partim* subordinatum, nempè Spiritus Sancti ministerium; *vel quæritur* de ipsis decisionibus Sancti Spiritus, & illarum comprehensione, quo pacto dicimus, solam Scripturam esse Judicem, hoc est, vocem judicis. Nam quod etiam ipsum Dei verbum dicatur judicare, notum est ex sequentibus dictis, Esa. 2. v. 3. 4. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem: Et judicabit gentes, & arguet populos multos,* Johan. 5. v. 45. *Est, qui* accusat *vos Moses*, nimirum in lege scripta, Joh. 12. v. 48. *Sermo, quem locutus sum, ille* judicabit *eum in novissimo die.* Hic autem sermo jam scriptus est: Ex quo sequitur, Scripturam judicare, ac per consequens judicem appellari posse; siquidem omne, quod judicat, & quatenus judicat, hoc ipso, & eatenus judex est, dicique potest, quia judicis officio perfungitur.

Deinde Scriptura etiam consideratur dupliciter: 1. *Respectu supremi Judicis*, nimirum Spiritus Sancti, cujus non est norma in judicando, sed ipsa potius sententia & decisio. Extra dubium enim ponitur, quòd solus Deus ut author; ita & judex fidei sit supremus. Idem verò est, sive Deus vivâ & sonorâ voce; sive scripto & literis sententiam suam pronunciet. Quia ergo in Scripturis supremus Judex, Spiritus Sanctus, loquitur, & per Scripturas judicat, hinc Scriptura ipsa, quatenus vox judicis est, & loco judicis auditur, audirique debet ab omnibus, Judex fidei non incommodè nuncupari potest. Nam tum simul involvitur supremus Judex, ac perinde est, sive Spiritum Sanctum in Scripturis loquentem; sive ipsam Spiritus Sancti Scripturam appelles judicem.

2. *Respectu inferioris & subordinati judicis*, nimirum ministerii. Hoc non habet potestatem judicandi pro arbitrio; sed ejus judicium totum in rebus fidei restrictum est ad Scripturam, quæ propterea respectu hujus judicis inferioris, qui ad illam semper respicere debet, rectè vocatur *norma fidei.* *Et Scripturam considerando dupliciter.*

Dico igitur paucissimis. (1.) *Lex scripta, & in specie Sacra Scriptura est Judex*, si vocabulum Judicis sumatur non pro persona judicante; sed pro voce aut sententia judicis, loco illius audienda. (2.) *Scriptura est judex & norma diverso respectu: Judex* est, ratione judicii supremi, quia loco Spiritus Sancti, cujus vox est, judicat, *Norma* est, respectu judicii Ecclesiastici, quia ministri eã ceu canonem in judicando sequi tenentur in omnibus.

Ex qua distinctione & declaratione ulterius elucescit, quàm fraudulenter nobiscum agant Pontificii in quæstione de Judice Controversia- *Ubi simul exponitur,*

quòd fraudulentè nobiscum agant Pontificii.

troversiarum. Nam miris sophismatis eam involvunt, quæ illis nata est non nisi *ex desperatione causæ Papisticæ.* Nostri enim a Papatu recesserunt, cumprimis ideò, quia foveat multa dogmata tum præter Scripturas, tum contra Scripturas; quum tamen in rebus fidei nihil sit recipiendum, nisi quod vel in illis luculenter extet, vel ex illis firmiter deducatur.

Hîc quum ostendere non possent Papicolæ, quòd sua dogmata in sacris literis contineantur, vel cum illis congruant, effugium hoc excogitârunt, *Scipturam non posse judicem esse inter nos & ipsos, sed à alium potius quærendum, qui de nostris controversiis ferat sententiam.* Regesserunt nostri, *Scripturam omninò esse judicem*, quia sola sit infallibilis & norma omnium credendorum. Quicquid ergo in Scripturis non habeatur, neque cum illis congruat, illud neque verum, nec necessariò credendum esse; Ubi quivis facilè animadvertit, nos per judicium, quod Scripturæ tribuimus, non intelligere sententiam, more politico latam, & ad personas expressis eorum nominibus directam; sed potius *judicium discretivum aut directivum*, quod fertur per modum legis aut normæ. Nullâ enim aliâ ratione Scripturam dicimus controversiarum judicem, quàm quia & quatenus declarat, quid in rebus fidei verum & credendum sit, adeoque Scriptura semper medium terminum suppeditat, vel regulam, ex qua contra hæreticos argumentari possumus. Quicunque enim aliter sentit, quàm Scriptura tradit, ejus dogma hoc ipso per vocem Scripturæ judicatum & damnatum est. E. C. Assero, *Scripturam esse judicem inter nos & Sadducæos, quoad controversiam de resurrectione corporum*; non quòd dicat, *Vos Sadducæi erratis*; sed quia resurrectionem mortuorum reipsâ adstruit, adeoq; judex est *per modum generalis normæ*, (quo etiam pacto jus civile possum appellare judicem litium politicarum) non autem per *modum specialis, & ad personas litigantes applicatæ sententiæ.*

Quòd ipsorum argumenta facilè confutari possint.

Hoc unum si memori teneatur mente, duo inde sequentur commoda (1.) *Facilis argumentorum Jésuwiticorum confutatio.* Pleraque enim statum controversiæ non attingunt, ut quando dicunt; *Scripturam non esse personam, adeoq; nec judicem; Scripturam non clare pronunciare, Tu erras. Ille causam obtinuit*, & quæ sunt hujus generis alia, in Colloquio Ratisbonensi prolata. *Dico* hæc argumenta nihil concludere, quia nos minimè statuimus, quòd Scriptura judicet per modum politici

politici judicis, ipsas personas nominatim condemnantis; sed tantùm quòd judicet per *modum regulæ, vel juris scripti*, cum quo omne quod non convenit, propter hoc ipsum pro falso & damnabili meritò haberi debet. *(2.) Adversariorum confusio, & ex parte nostri victoria.* Quòd victoriam à Papistis reportaremus. Iò enim nostris argumentis adacti sunt, ut fateantur, Scripturam judicare, sed per modum normæ, quod ipsum nobis sufficit, nec aliud unquam intendimus. *Becanus* sanè in Apolog. pro Judice, cap 3. pag. 256. expresè scribit: *Terminare & definire quæstionem, potest dupliciter intelligi: 1. per modum judicis. 2.* per *modum normæ. Utergo enim tum Judex, tum norma debet terminare & definire quæstionem, sed diverso modo:* Judex *per modum causæ* efficientis; Norma per modum causæ *exemplaris.* Hoc postmodum applicat & docet, Ecclesiam definire quæstiones per modum judicis, Scripturam per modum normæ; atque hac unâ distinctione omnia argumenta diluere conatur. *At verò* nostram hoc ipso confirmat sententiam, & propria vineta cædit. Nihil enim in hac controversia de judice aliud volumus, quàm decunctis dogmatibus judicandum esse ex Scriptura, ceu norma, ut omne illud pro vero habeatur, quod cum ea congruit; pro falso, quod ab ea dissentit.

Hoc jam concedere coacti sunt Papicolæ, ideoque vicimus, & tenentur impósterum ad probationes nostras è Scriptura petitas respondere sigillatim, nec certamen Scripturarum subterfugere per hoc *κρησφύγετον, quod Scriptura nequeat esse Judex.* Licèt enim ista non judicet vel terminet controversias politicè & executivè, per modum forensis judicis, viva voce personas errantes condemnantis; judicat tamen *instrumentaliter, & directivè*, quatenus veram thesin ponit, & consequenter omnia contraria dogmata condemnat, quod unum nobis sufficit, & hinc fortissimè Papatum confutare, & ex imis fundamentis destruere valemus.

QUÆSTIO VII.

Num lex scripta rectè nominetur vox Judicis?

Becanus *Jesuvvita* novam excogitavit subtilitatem, quâ leges divinas vel Sacras Scripturas negat esse *vocem supremi Judicis.* Ita enim scribit in Apologia de Jud. controv. cap. 1. pag. 10. *Scriptura respectu Dei nec est judex, ut per se constat; nec vox judicis, quia Deus non est author Scripturæ, ut judex, sed ut legislator. Est autem diversa utri-* Negat Becanus.

uique ratio. Nam Judex *non pronunciat sententiam, nisi req*[illegible] *lus, qui litem seu controversiam dirimendam sui propo*[illegible] *ex se, & non requisitus, solet legem statuere, tanquam* [illegible] *quàm actiones nostras instituere debeamus. Et sic fecit Deu*[illegible] *quisitus à nobis; sed ex se ultrò proposuit nobis Scripturam per* [illegible] *gis, normæ seu regulæ, quam in doctrina & moribus sequi* [illegible]

Nos respõdemus, quòd politica isthæc discrimina nõ semper observentur in Theologia.

Respondeo autem ad hoc novum σόφισμα, 1. *Quod* [illegible] politica isthæc discrimina, distinctosq; respectus non ade[illegible] in hac quæstione; sed illis idem est supremus doctor, l[illegible] dex. Sive igitur Scripturam nomines vocem supremi judicis, [illegible] vocem legislatoris; perinde nobis est, quia ex utroque sequitur, Scripturam esse infallibilem, & res fidei sic determinare, ut nihil nisi σύμφωνον recipiendum, & omne diffonum ab ea repudiandum sit, propter quod solum definiendi, & veritatem patefaciendi officium Scripturam vocamus controversiarum judicem, quia omnes ex illa, & secundum illam de credendis judicare debent. De vocabulis autem cum nemine volumus litigare, si quis eam propter officium dictum appellet normam vel judicem; & rursus sive vocem judicis, sive legislatoris. Res enim manet eadem, licèt adhibeantur vocabula distincta pro diversa eorundem acceptione.

Quòd legẽ ferre & judicare, non sint prorsus distincta.

2. Legem ferre & judicare; Legislator & judex non sunt prorsus distincta; sed dum quis legem fert, eo ipso judicat & discernit bonum à malo, faciendum ab ommittendo. Si ergo Scriptura est vox legislatoris; hoc ipso etiam est vox judicis, quia omnis legislator legẽ ferendo, certa simul ratione judicat, vel judicium exercet, licèt non speciale, tamen generale; licèt non condemnatorium, & ad personas directum; tamen discretivum, & de rebus ipsis institutum.

3. Si omninò ἀκριβολογεῖν velimus, Scriptura non tantum appellari deberet *Vox Legislatoris*, quia in ea continentur non modò agenda; sed etiam scienda & credenda. A Deo præscribuntur *illa*, ut legislatore; *isthæc*, ut à Doctore, ideoque Scriptura uti quoad agenda, est *vox legislatoris*; Ita quoad scienda & credenda propriè est *vox doctoris*, non legislatoris; qvoad utraque est *vox supremi judicis*, ratione judicii generalis & discretivi. Verùm, uti dixi, ob vocabula certare nolumus. Sufficit nobis ingenua Jesuwitarum confessio, quam nostris argumentis extorsimus, *Scripturam definire controversias per*

as per modum normæ, & *vocem esse supremi Legislatoris*, quam qui non sequantur, hoc ipso errare convincantur. Ita enim Reichingius, quum adhuc Jesuita esset, expresse scribit in Manuali Catholico pag. 13. Etliche Streit seind von denen dingen/darvon in der Schrift ausdrücklich gehandelt/oder daraus für sich selbsten gnugsam geschlossen kan werden / von dergleichen Streitigkeiten gestehen wir gern / daß man Sie aus einiger Schrift / was sie betrift / erörtern könne. Cur ergo hactenus certamen Scripturæ adeò subterfugerunt? Cur ullam hæresin ex Scriptura sola refutatam esse, aut refutari posse, negârunt.

QUÆSTIO VIII.

Num in Republica Lex scripta propterea judicare nequeat, quia varios sensus recipere potest?

AFfirmativa non displicet Pontificiis, qui leges tabulasq; divinas, vel Sacras Scripturas pro Judice controversiarum ideò agnoscere nolunt, quia variis modis exponi possint. *Scripturam non esse judicem*, ait Bellarminus, lib 3. de V.D. c. 9. col. 188. B. *planum est, quia varios sensus recipit: nec potest ipsa dicere, quis sit verus.*

Affirmant Pontificii.

Nos verò iis opponimus exemplum legum scriptarum forensium, quæ licèt à causidicis & litigantibus in sensus sæpè trahantur varios & diversos, nihilominus manent norma litium, & secundum illas institui debet judicium. Si ergo de legibus humanis id verum est; quantò magis de legibus divinis erat concedendum?

Nos negamus.

Quòd verò ait Bellarminus 1. *Scripturam varios sensus recipere*, ambigua est locutio. *Vel* enim hoc intelligitur de flexibilitate ipsius Scripturæ, ac si in sese tam sit incerta, ut unus certusque sensus inde hauriri nequeat: *vel* intelligitur de variis sensibus, quos humana temeritas Scripturæ affingit sæpius, & infert potius, quàm aufert. *Priori modo* intelligunt Pontificii, sed malè. Nec enim Scriptura ipsa, quoad fidei articulos, variis sensibus ansam dat, neque illos per se recipit & admittit; sed velut unica est, ita unum duntaxat verum & literalem sensum in sese continet. Negare interim non possumus, *per accidens* & hominum culpâ fieri, ut in sensus plures, eosque sæpius diversissimos discerpatur, quos tamen ipsa non recipit; sed recipere poti-

Ubi simul annotatur, Bellarminum Sophistam agere, Quando asserit, scripturã varios sensus recipere.

re potius per vim quasi cogitur, id quod nihi[illegible] præjudicare [illegible] tum unitati sensus veri, tum muneri judiciario Scripturæ.

Scripturā non posse dicere, Quis sit verus sensus.

2. Quando asserit, *Scripturam non posse dicere* [illegible] *sus*, in eo iterum Sophistam agit. Tametsi enim Scriptura [illegible] quatur per modum personæ vel judicis, loquitur tamen per [illegible] *legis & sententiæ judicialis*, quæ verum per ipsa verba sensum [illegible], adeoque quisnam genuinus sensus sit, aperte indicat. Nam [illegible] locutio quædam est perspicua, tum minimè opus est [illegible] persona, dicens, *hic sensus est verus, ille alienus & falsus*, [illegible] ba sensum pariunt, & de illo testantur: Ita quum Scriptura [illegible]d articulos fidei sit clarissima, verum quoque sensum ultro ini[illegible] ctoribus & auditoribus, licet nec ipsa, nec alius præter ipsam expr[illegible] sis verbis dicat, quis verus falsusque sit sensus.

QUÆSTIO IX.

Num duplices sint leges vel præcepta, quædam imperantia medium tantùm, quædam simul finem.

Affirmat Bellarminus.

BEllarminus affirmat, ita scribens lib. 2. de Monachis c. 13. col. 473. B. *Observandum est, duobus modis posse aliquid præcipi:* Uno modo, *ut solùm indicetur id, quod faciendum est;* Alio modo, *ut indicetur præcepto id, quod faciendum est, & finis, cujus gratiâ id faciendum est. Si dicat Imperator militibus*, pugnate adversus illam urbem, *solùm indicat id, quod faciendum est; si verò dicat*, capite urbem, *indicat quod faciendum est, & finem etiam illius operis, id enim est, ac si diceret*, pugnate ad hunc finem, ut urbem capiatis: *Interest autem multum inter hos duos modos præcipiendi. Nam quum præcipitur priore modo, prævaricator est, qui non facit id totum, quod præcipitur; quum verò præcipitur posteriore modo, non est prævaricator, qui non facit id, quod indicatur per modum medii ad finem. Præceptum enim propriè non obligat, quatenus indicat finem, sed solùm quatenus præcipit medium. Itaque si dicat Imperator*, pugnate, *peccant milites, si non pugnent*: *Si verò dixerit*, capite urbem; *non peccant, si urbem non capiant, modò pugnent, ac pugnando dent operam ut illam capiant.* Hanc distinctionem applicat postmodum ad præceptum de dilectione Dei, Deut. 6. vers. 5. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo*, &c. quo putat, imperari medium, & simul indicari finem. Per medium intelligit *totum conatum*

natum diligendi; per finem verò *perfectionem dilectionis.* Existimat ergo, præceptum dilectionis non posse impleri perfectè in hac vita; & tamen non esse prævaricatorem, qui non perfectè illud impleat, quia obligemur duntaxat ad medium, vel ad conatum diligendi, quantum diligere possumus; non autem ad finem, vel perfectionem dilectionis, vires nostras excedentem. Idem repetit lib. 5. de amiss. gratiæ, c.10. & ad præceptum de non concupiscendo applicat. Verba sic habent col. 294. B. C. *Sciendum est, in præceptis interdum significari solùm media ad aliquem finem, ut quum dicitur,* pugna contra hostes, fac medicinam ægroto. *Hæc enim sunt media; Illud ad victoriam, istud ad sanitatem. Interdum autem significat simul finem & media, ut si quis dicat,* vince hostes, sana ægrotum. *Hic enim non solùm imperantur pugna & curatio, quæ sunt media; sed etiam indicatur finis, victoria & sanitas. Cæterùm obligatio præcepti propriè in mediis, quæ imperantur, consistit, non in fine; & prævaricator est, qui media negligit, non qui finem non assequitur. Neque enim peccat, cui dicitur,* vince hostes, *si non vincat, modò viriliter pugnet; neque is peccat, cui dictum est,* sana ægrotum, *etiamsi sanare non possit, modò curet appositè ad sanandum. Finis enim in præcepto indicari potest, propriè imperari non potest. Præceptum igitur,* Non concupisces, *ejus generis est, ut simul media & finem comprehendat.* Media *sunt resistere concupiscentiis, eisq; nunquam assentiri, nunquam cedere; atque hæc ita obligant, ut qui non fecerit, continuò reus existat;* finis est, *funditùs concupiscentias extirpare, atque id efficere, ut nullus in carne motus oriatur contra rationem. Hunc autem finem lex proponit, ut intelligamus, quò sit nobis Deo juvante tendendum, non ut rei simus, si id non faciamus, quod facere in nostra potestate non est, & quod ad felicitatem futuræ vitæ, non ad obligationem præsentis pertinet.*

Verùm distinctio isthæc non in rebus fundata, sed à Pontificiis confictа est, eum in finem, ut facilius obtinere possint, legem Domini à nobis in hác vitâ perfectè impleri atque sic homines per opera legis salvari posse: cui commento plurima opponi queunt, sed brevitati studentes, præcipua tantùm attingemus. *Nos negamus.*

I. Falsum est, *dari præcepta humana, quibus imperetur finis, in potestate nostra non constitutus.* Exempla, quæ ad istud probandum afferuntur, sunt planè fictitia. Quis enim unquam præcipiendo dicat vel militibus; *Vincite hostem;* vel medicis, *sanate ægrotos?* Pugna præcipitur illis; cura istis: sed ipsa victoria, & sanatio præcipi nequit, *Quia falsum est, dari præcepta humana, quibus imperetur finis impossibilis.*

 quum

quum in ipsorum non sit viribus. Quare ineptus esset, qui talia præscriberet. Potest hoc ulterius confirmari ex *ipsa hypothesi Pontificiorum*. Nam unanimiter asserunt, quamvis legem, si æqua esse debeat, non nisi possibilia proponere. Quia verò finis ut exempli causâ, victoria & sanitatis restitutio, non est simpliciter in potestate vel militum, vel medicorum, sequitur omninò, nulla dari præcepta simul imperantia finem; vel si dentur, iniqua illa esse oportebit, ex hypothesi Papisticâ.

Quia contradictio est, præceptum imperare finē, nec tamen obligare ad finem.

II. Contradictio in adjecto est, *Præceptum continere medium & finem, neq; tamen simul obligare ad medium & finem; sed tantum ad medium.* Nam omne præceptum simul habet vim obligandi, per quam distinguitur â consiliis & monitis, bonum duntaxat innuentibus; *Sine obligatione neq; lex esse potest*, ait *Bellarminus* ipse lib. 4. de Justificat. c. 11. Si ergo in præcepto simul continetur finis, obligatur utique ad finem simul is, cui præceptum datur; aut si non obligatur, non erit præceptum. Ut qui præcipit; *Vince hostem*, is utique præcepto hoc suos ad vincendum obligatos vult; aliâs præceptum nominari nequit. Quocirca qui statuunt, Præcepta quædam præscribere finem, nec tamen obligare; illi præceptum ponunt, sine vi obligandi, quod ἀσύζυγον: unde ulterius sequitur, absurdos & impios esse, qui dicunt, non esse eos prævaricatores, qui non implent mandata Dei. Nam peccatum nihil aliud est, quàm ἀνομία vel defectio â lege Dei, *1. Joh. 3. v. 4.* qui execrabilem esse pronunciat, quicunque non fecerit omnia verba legis, *Deut. 27. v. 26. Galat. 3. v. 16.* Nec alio nomine edita est lex, quàm ut noxâ tenerentur delinquentes & transgressores.

Quia principiū petitur, asserendo, præceptum de dilectione non obligare ad perfectionē dilectionis.

III. Mera principii petitio est, *quòd præceptum de diligendo Deo ex toto corde, tantùm indicet perfectionem, ut finem, ad quem tendendum; non verò præcipiat perfectionem, tanquam opus à nobis requisitum, & medium, quo Deo placeamus.* Verba enim sunt clarissima: *Diliges Deum ex toto corde, & totâ animâ, & cunctis viribus.* Hic non datur consilium; sed præceptum, quod imperat dilectionem, & simul dilectionis modum, ut nempe fiat illa ex toto corde, h. e. ut sit perfecta & absoluta. Qui ergo hoc non facit, qui Deum ex toto corde non diligit, is hoc ipso legem de diligendo transgreditur, & per consequens perfectè illam non implet.

IV. Sic etiam principium petitur, *quòd præceptum negativum, de non concupiscendo tantùm requirat τὸ resistere concupiscentiis, eisq; nunquam assentiri, nunquam cedere.* Requirit potius omnimodam

concu-

concupiſcentiæ abſentiam, quia omnis eſt prava, divinæq; voluntati contraria. Hinc Apoſtolus *Rom. 7. v. 7.* ipſos primos motus vocat peccatum; & legem membrorũ, legi mentis repugnantem, neq; cognoviſſet iſtos motus eſſe peccatũ, niſi lex dixiſſet: *Non concupiſces*, Quicquid ergo rationem concupiſcendi habet, iſtud omne illo præcepto prohibitum eſt. Sed primi etiam motus, & prima deſideria rei illicitæ habent rationem concupiſcendi. Ergo iſthæc omnia ſunt prohibita, & per conſequens iſti præcepto non ſatisfacit, qui concupiſcentiis non aſſentitur, ſi cor flammis concupiſcentiæ flagrans habeat. Finis enim præcepti eſt conſummata hominum perfectio, & quidem diſtinctè præcepta, non tantùm indicata.

Quia principii petitio eſt, quòd præceptum de non concupiſcendo tantùm requirat nõ reſiſtere concupiſcentiis.

V. Si maximè in præceptis humanis diſtinctio illa, quòd obligemur ad media non ad finem, locum aliquem invenire quandoque poſſet: præceptorum tamen divinorum longè diſpar eſt ratio. Lex enim Dei non tantùm media propter finem, ſed ipſum quoq; finem, & quidem finem magis, quàm media requirit, quia media propter finem diſtinctè præcipit. *Media* ſunt omnia pietatis officia utriusque tabulæ. Finis eſt (1.) *Internus*, nimirum perfectio & conformitas creaturæ cum Deo. Hanc omninò & præcipuè Deus intendit, propter hanc quoq; media omnia præſcribit, juxta Matth. 5. v. 48. *Eſtote perfecti, ſicut Pater veſter perfectus eſt*: Et 1. Petr. 1. v. 16. *Eſtote ſancti, ſicut & ego ſanctus ſum.* (2.) *Externus*, nempe, conſecutio vitæ æternæ. Ad hanc itidem lex divina nos obligat. Qui n. ſempiterno gaudio frui deſiderat, ille ad pleniſſimam & perfectiſſimam legis obedientiam per ipſam legem obſtringitur, *Matth. 19. v. 17. Luc. 10. v. 25.* Promittit igitur lex vitam æternam, & hujus cupidum ad plenam præceptorum impletionem obligat. Quisquis autem vel minimum præceptum violaverit, minimus, hoc eſt, nullus eſt in regno cælorum, *Matth. 5. v. 29.* ex quibus omnibus ultrò ſequitur præcepta Dei obligare, tum quà medium, tum quà finem præcipiunt.

Quia divinorum præceptorum alia eſt ratio, quàm humanorum.

QUÆSTIO X.

Num lex Naturæ ſit actus rationis?

Affirmant Scholaſtici,

AFfirmativam tenent *Scholaſtici*, Thomam ſecuti, qui 1. 2. quæſt. 94. art. 1. *Legem naturalem impropriè habitum dici* affirmat. Hinc *Sotus* de Juſtitia & Jure l. 1. quæſt. 4. art. 1. p. 10. ſcribit: *Lex naturæ non eſt habitus per eſſentiam, ſed dictamen, quod formam habet præcepti.* Gregorius de Valentia Tomo 2. diſp. 7. quæſt. 4. pun. 1. col. 892. D. *Lex non eſt habitus, ſed actus potius rationis.*

Nos distinguimus. Sed minus vera videtur hæc opinio, n[illegible] mittetur [illegible] circa legem naturæ duo attendi possint. 1. *Ipsam esse.* 2. [illegible] vel instigatio hominis ad operandum. *Posteriori* [illegible] sit actus [illegible] est; quum nihil actu moveat, nisi quod actus sit. Omnis enim [illegible] est actus quispiam. *Priori* verò sensu puris putisque actibus anu[illegible]rari nequit. Isti enim omnes in fluxu sunt & transeunt. L[illegible] verò naturæ non est tale Ens fluidum, neque transit; sed semper [illegible]ræ infixum permanet, & non minus inhæret in anima infanti[illegible] q[illegible] adulti; dormientis, quàm vigilantis. In prima verò infantia, & [illegible] pore somni, num veros actus, & propriè dicta rationis dictamina concedemus? Quare concludo, legem naturæ in actu quidem *exercito*, vel ratione usus esse actum: Sed non in actu *signato*, vel per suam essentiam, Summatim: *Lex formaliter Ens permanens: legis motio, ens transiens vel actus est.* Sicut enim aliud est *ratio*, quæ facultas, & aliud *ratiocinatio*, quæ facultatis exercitium: Ita *lex naturæ*, (quæ regula boni impressa) & *legis ad bonum instigatio*, distincta sunt, nec confundi debent. Nam *hæc* transit, illa permanet: *hæc* nonnunquam silet, *illa* semper adest; ideòque *hæc* ἐνεργῶς actus est, *illa* non est.

QUÆSTIO XI.

Num circa legem naturæ dispensari possit?

Dispensatio duplex est: altera *humana*, quæ à Magistratu: altera *divina*, quæ à Deo instituitur, ideòque distinctè respondebimus.

Quod Magistratum nullatenus attinet, ille dispensare nequit. Et quidem 1. Quod *humanam potestatem* spectat, dispensare illa nullatenus potest circa legem naturæ. Nam dispensare propriè est, *ab aliquo legis obligationem removere in casu, ratione cujus alioquin obligaretur.* Jam verò ejus tantum est, removere obligationem legis, cujus est ferre. Nam destruere, figere & refigere unius ejusdemque sunt. Atqui lex naturæ non ab hominibus lata; sed ab ipso Deo naturæ impressa est. Ergo nullus hominum circa illam, sicuti nec circa divinam dispensare potest. Hinc proponitur Magistratui tanquam immota regula, quam unicè spectare, secundum quam omne judicium conformare, & à quâ ne in minimo quidem recedere debet. Opus enim erat, rectam & indispensabilem normam præscribi, ex quâ, tanquam ex principiis, omnis authoritas humana procederet. Aliàs perpetuæ mutationes forent, & tranquillitas publica non conservaretur. Hinc *Augustinus*, lib. de vera relig. cap. 31. regulas legis naturæ vocat

ræ vocat *incommutabiles*, & *Lactantius* ait lib. 6. de divin. Instit. cap 8. *Tullium divinâ penè voce vim legis naturæ descripsisse his verbis*; quæ ex l. 3. de Republ. memorat; *Est verò lex, recta ratio, naturæ congruens, diffusa in omnes, constans, sempiterna: Huic legi nec prorogari fas est, nec derogari ex hac aliquid licet, nec tota abrogari potest. Nec verò aut per senatum, aut per populum hac lege liberari possumus.*

II. Quod *Deum* attinet, diversæ Scholasticorum opiniones inveniuntur. *Quidam* Deum in omnibus præceptis naturalibus dispensare posse statuunt, ut *Ochamus*, in 2. sentent. quæst. 19. *Quidam* in iis tantùm, quæ spectant ad secundam tabulam, ut *Bonaventura*, in 1. dist. 47. quæst. ult. & *Sotus* lib. 2. de Iustit. & jure, quæst. 3. art. 8. Potest autem litigium istud unâ distinctione componi, quæ sic habet.

Dispensatio *dupliciter* sumitur: 1. *Propriè*, quum permittitur & approbatur actus, qui adæquatè, & secundum omnes suas conditiones est contra legem. Et *tali modo* Deus non dispensat circa legem naturæ. *Ratio* est in promptu, quia sic Deus permitteret & approbaret peccata. Omnis enim actus, qui adæquatè & totaliter fertur contra legem naturæ, non extrinsecus, vel ratione mandati; sed intrinsecus & ἀπλῶς malus est. Si ergo Deus dispensaret propriè, tum id, quod intrinsecus malum est, hoc est peccatum, impune, & cum approbatione concederet. E. C. Lex naturæ monet, *Deum colendum esse*. Circa hanc legem si Deus dispensaret; tum omissionem cultus, actúque contrarium, nempè odium sui permitteret, quod cogitare saltem impium. Deus enim iniquitatem non vult, *Psal. 5. v. 5.* & seipsum negare nequit, 2. *Tim.* 2. *v.* 15. *Deus verò circa legẽ naturæ nõ dispensat propriè.*

2. *Impropriè*, quum permittitur & approbatur actus, qui videtur quidem legi naturæ quoad materiale contrarius; non tamen est, si circumstantiæ & conditiones singulæ attendantur. E. C. *Furtum Israelitarum*, Ægyptios spoliantium, de quo legitur *Exod.* 11. *v.* 2. *c.* 12. *v.* 35. & 36. videtur quidem furtum esse, & contrariari præcepto naturali de *non furando*, quia rem alienam invitis Dominis abstulerunt: attamen, si considerentur circumstantiæ (nempe *quòd* vasa Ægyptiaca non furunt res omninò alienæ, sed loco mercedis, quam Ægyptii non exsolverunt, Israelitis debita, & a Deo rerum omnium Domino donata; & *quòd* Ægyptii manifesti Judæorum hostes extiterint, quos spoliare licitum est;) apparet, actum istum suo genere malum non fuisse, ideóque dicitur Deus circa præceptum istud impropriè dispensâsse, *Dicitur tamen dispensare impropriè.*

quum propriè loquendo Israelitæ in casu isto per præceptum ... obligati non fuerint. Ubi verò non præcedit obligatio propriè ..., ibi neque locum habet dispensatio propria.

Summatim igitur dicendo, *quum lex naturæ* sit voluntatis di... næ semper immutabilis particula: Deus nunquam dispensat prop... quia sic decreta sua mutaret, & quem obligatum vellet, ab obl... ne liberaret. Quando autem in speciali casu generalis lex natu... non obligat, & tamè actus illi contrarius videtur, dispensare Deus d... sed *impropriè*, & *καταχρηστικῶς* ut exemplū modò explicatum oste... di.

QUÆSTIO XII.

Num leges humanæ obligent in conscientiâ?

LOquimur hic de veris legibus à legitimo Magistratu legitimè latis. Si enim vel impiæ, vel iniquæ sint, planè non obligant, multò minus in conscientia. Obtemperandum enim Magistratui ad aram usque, non ultrà, exemplo Apostolorum, *Act.*4.*v.*19.*c.*5.*v.* 29 & servorum Saulis, 1.*Sam.*22.*v.*17. impia mandata contemnentium.

Quod ergo spectat leges Principum justas, de iis controversia movetur non levis.

Calviniani quidam negant. *Calviniani quidam* per istas conscientiam planè non ligari statuunt, uti patet ex *Calvino*, lib. 3. Institut. cap. 19. sect. 15. 16. lib. 4. cap. 10. sect. 3. 4. 5. Et *Sibrando*, lib. 8. de R. P. cap. 7.

Pontificii affirmant, *Pontificii* ad alterum extremum vergunt, omnesque leges Politicas in conscientia obligare autumant. Ita enim scribit *Bellarminus*, lib. 3. de Laicis, cap. 11. *Lex civilis non minus obligat in conscientia, quàm divina.* Desumsit hoc dogma ex *Thomâ*, qui 1. 1. quæst. 96. art. 4. similiter concludit, *leges humanas obligare homines in foro conscientiæ.*

Nos mediâ viâ incedimus Nos *mediâ* viâ incedimus, & leges politicas *partim* obligare conscientiam, *partim* non ligare dicimus. Quod ut distinctè intelligatur, considerandum prius est, 1. *Quid* sit conscientia. 2. *Quid* sit obligare conscientiam. 3. *Quot* modis fiat obligatio. 4. *Quotuplices* sint leges politicæ.

Ubi tamen primū explicatur,

Quid sit conscientia. I. *Conscientia* est internum testimonium & sensus judicii de nostris vel benè vel malè factis, quem perpetuò comitatur vel lætitia vel metus. Lipsius scitè lib. 1. Polit. c. 5. *Est reliqua in homine rectæ mentis scintilla, bonorum, malorumq; facinorum judex & index.* Est autem vel bona, vel mala. *Bona*, est sensus testimonium internum de benefactis

factis, quòd legi conformia sint, Deoque & hominibus placeant. *Malè*, est testimonium de malè factis, legibus contrariis, quæ improbat, & ob istud judicii metum incutit. Sumitur hæc 1. *Propriè*, quo sensu Deum duntaxat respicit, & a Lipsio d. l. definitur *violati numinis aut perperam culti tristis cogitatio & morsus.* Tum ergo propriè læditur conscientia, quum præcepta de cultu divino violantur, & peccatum contra Deum committitur. 2. *Latè*, prout ad homines etiam refertur. Hoc sensu apostolum dixisse putant, Act. 24. v. 16. *In hoc & ipse studeo sine offendiculo conscientiã habere ad Deum & ad homines semper.* Hâc igitur acceptione conscientia notat in genere *sensum & judicium de peccatis contrà primam & secundam tabulam admissis*, sive Deum, sive proximum directè lædentibus.

Quid sit obligare conscientiam?

II. *Obligare conscientiam*, in genere est legem talem præscribere, cujus transgressio lædit ipsum internum cordis sensum, ut quis proprio judicio convincatur, se peccâsse, & pœnas promeruisse. Vicissim autem dupliciter hoc dicitur. 1. *Propriè*, quo sensu est obstringere ad obediendum sub culpa morali, adeòque sub metu offensionis Dei aut violati Numinis divini. 2. *Impropriè & latè*, quo sensu est obstringere ad obediendum sub culpa tantùm civili, & sub metu offensionis hominum, unde pudor aut infamia timetur.

Quotuplex sit obligatio?

III. *Obligatio conscientiæ*, propriè dicta, quæ culpam moralem, Deiq; offensionem inducit, multifariam potest obtingere:

Nam 1. *Alia* generalis, vel mediata est; *alia* specialis vel immediata. *Generalem* dico, quum lex obligat συνείδησιν non ratione sui & in specie; sed tantùm mediante generali præcepto, quod consequenter violatur, si lex aliqua specialis non observetur. *Sic* qui particulari Principis statuto sit inobediens; ille transgreditur legem generalem de honorandis parentibus, & obedientia Magistratui debita, atque sic per consequens, & in genere suam lædit conscientiam. *Specialem* nuncupo, quum lex aliqua ratione sui & immediatè obligat conscientiam, qualis est lex de non assumendo Nomine Domini in vanum; de sanctificando Sabbatho, & similes.

3. Obligatio specialis *vel est* absoluta, *vel* hypothetica. *Absoluta* est, quum lex simpliciter conscientiam obstringit, adeò ut sine offensione Dei nullo respectu, nullove in casu omitti queat. *Hypothetica* est, quando non simpliciter, sed cum conditione obligat, nempe si detur scandalum, si violetur ordo & decorum. *Sic* leges Ecclesiasticæ de ex-

cæ de externis ceremoniis ligant conſcientiam, non abſolutè tantùm quatenus illarum transgreſſione infirmi offenduntur, & τὸ πρέπον καὶ εὐσχημοσύνη Eccleſiæ turbatur, extra quem caſum & reſpectum liberam cuique conſcientiam relinquunt.

3. Tandem, obligatio conſcientiæ *vel eſt* directa, *vel* indirecta, & per conſequentiam. *Directa* eſt, quum legis prævaricatio in ipſum Deum fertur, & cultui divino per ſe adverſatur. *Indirecta* eſt, quum ἀνομία per ſe & propinquè Deum, ejusve cultum non attingit, tamen, quatenus generali ordinationi Dei reſiſtitur, jusque ministri comtemnuntur. Declarare hoc poſſumus exemplo *Principis & legati*. Quum enim ipſa principis perſona afficitur contumeliâ, directa eſt offenſio; ſi legati perſona, tum eſt indirecta. Quod enim legato, ut tali contingit, ipſi Principi factum cenſetur; non tamen directè, ſed tantum per conſequentiam & indirectè.

Quòd leges aliæ ſint graviores, Aliæ leviores.

IV. Leges civiles in duplici ſunt differentia. *Quædam ſunt graviores*, de rebus arduis inſtitutæ, & ſpectantes pacem publicam, conſervationem ſocietatis aut puræ religionis, & ſimilia. *quædam leviores*, ut ſunt de purgamentis urbis, de modo emendi & vendendi, de non geſtandis armis, de agendis excubiis, & quæ ſunt hujus generis alia. Quum igitur magnum inter leges hujusmodi diſcrimen interveniat, propterea de utrisque idem judicium non eſt ferendum.

Poſt reſpõdetur ad quæſtionẽ per duas poſitiones:

Igitur his ita præſuppoſitis, quæſtionem ipſam decidemus, noſtramque ſententiam duabus theſibus breviter incluſam dabimus.

THESIS I.

Prima. Leges Politicæ directè & propriè non obligant conſcientiam,

Leges politicæ, ſive leviores, ſive graviores ſint, ſpecialiter, abſolutè, directè & propriè non obligant conſcientiã.

Confirmatio.

Quia non ſunt de rebus divinis,

Theſeωs hujus probatio eſt facilis & expedita, ſi definitiones terminorum modò datæ repetantur. Leges enim Politicæ, qua tales, ſecundum ſpeciem & propinquè vel immediatè, nec à Deo ſunt, nec de Deo, rebusque divinis agunt, ideóque illarum violatio directè, propriè & abſolutè conſcientiam non lædit. Qui enim poteſtatem in conſcientias nullam habet, conſcientiis dominari, usque per leges ſuas abſolutè & directè ſcrupulum injicere nequit. At verò Magiſtratus Politicus, ut talis, poteſtatem in conſcientias nullam habet. Quare is per leges ſuas ſcrupulum directè injicere nequit.

Iidem

Adde quòd directa & specialis obligatio semper conjuncta sit cum comminatione æternæ damnationis. Hoc enim est conscientiam πρώτως καὶ ἀμέσως ligare, si aliquis sempiternæ pœnæ subjiciatur, nisi obediat. At verò penes Magistratum non est, prævaricatores æternæ damnationi subjicere, quò respexit Salvator *Matth. 10. v. 28.* dicens: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non possunt; sed potius timete eum, qui potest & animam & corpus perdere in gehenna.* Ex quo vicissim sequitur, civiles Magistratû leges πρώτως καὶ ἀμέσως, non obligare conscientias.

Quia Magistratus prævaricatores nequit æterne damnationi subjicere.

Tandem, si ligarent directè, *vel* istud præstarent propter actum, quem præscribunt; *aut* propter Magistratum, qui præscribit; *aut* propter finem, ob quem præscribuntur.

Non propter actum præscriptum, quia hic sæpè indifferens est, nec actus virtutis per se, ut non gestare gladium, curare purgationem urbis, certo tempore merces vendere, & similia. Quod si enim oppositum fiat, tum isti actus in se & absolutè non sunt vitiosi, ideoq; peccatum mortale conscientiam directè lædens, suâ naturâ haut constituunt.

Quia non obligant propter actum præscriptum,

Non propter Magistratum præscribentem, quia hujus potestas tantùm exterior est, non interior. Fortunis quidem, & corporibus dominatur; sed non conscientiis. Quare quum ejus præceptum violatur, homo propinquè offenditur, non Deus; & per consequens conscientia directè, vel ob ipsam actus speciem non violatur.

Non propter Magistratum, præscribentem,

Non propter finem, ob quem præscribuntur. Hic enim est tantùm externa pax, & societatis conservatio, non ipse cultus Dei, quum Magistratus Politicus statutis suis verbo Jehovæ nihil addere vel detrahere debeat. Quum igitur per prævaricationem legum purè politicarum ipsa pietas in Deum directè non tollatur; sed tantùm proximus lædatur, aut tranquillitas publica turbetur, hinc absolutè conscientiam non obligare, indubitatò concluditur.

Non propter finem, ob quem præscribuntur.

THESIS II.

Secunda. Leges Politicæ generaliter & indirectè obligant conscientiam.

Leges Politicæ, præsertim graviores, generaliter, hypotheticè & indirectè conscientiam semper obligant.

Confirmatio.

Probamus hanc thesin 1. *Dictis Scripturæ.* 2. *Rationibus.*

Quod probatur

ExRom 13. v. 2. Dicta leguntur I. Rom 13 vers. 2. *Qui resistit po*[illegible] *tioni resistit, & sibi ipsi damnationem acquirit.* Ex quo ita conc[illegible] *Quocunq;* actu ipsi Deo, Deiq; ordinationi resistitur, & d[illegible]hitur, ille Deum offendit & conscientiam lædit. *At vero* violat[illegible]gum politicarum, ipsi Deo resistitur & damnatio attrahitur. *Ergo* [illegible] offendit & conscientiam lædit, quæ propterea legibus Politici[illegible] obligare rectè dicitur.

ExRom.13. v.4. II. Rom. 13. v. 4. *Dei minister est.* Quicunque lædit & offend[illegible]nistrum, consequenter offendit ipsum Dominum. *Atqui* prævari[illegible]res legum civilium offendunt Dei ministrum, nempe Magi[illegible]at[illegible]. [illegible]gò offendunt ipsum Deum, & *per consequens*, sauciant conscientiam.

ExRom.13. v.5. III. Rom. 13. v. 5. *Necessitate subditi estote, non solum propt*[illegible] *iram, sed & διὰ τὴν συνείδησιν, propter conscientiam.* Ex quo firmissimum hoc deducitur argumentum: Cujus violatio lædit conscientiam, id e[illegible] obligat; siquidem læsio obligationem, ut effectus causam præsuppon[illegible] *Atqui* violatio legum civilium lædit conscientiam, innuente Apostolo. *Ergò*, istæ obligant conscientiam. Neque momenti aliquid obtinet interpretatio *Chrysostomi*, obtemperandum esse propter conscientiam *non peccati, sed bonorum, quæ à Magistratu accipiuntur.* Est enim planè violenta, nativo sensui vocis *συνειδήσεως*, reliquis interpretibus, & ipsi scopo Apostolico contraria. Vult enim inducere aliquid gravius, & magis cogens ad obedientiam, quàm sit ita. Hoc autem non est, nisi conscientia culpæ, seu offensionis Dei.

Ex 1 Pet.2. v.13. IV. 1. Pet. 2. vers. 13. *Subditi estote omni humanæ creaturæ, & διὰ τὸν κύριον, propter Deum vel Dominum,* v. 15. *quia sic est voluntas Dei.* Quicquid autem propter Deum est faciendum, ejus contrarium lædit Deum & conscientiam, quod manifestum est. *Atqui* propter Deum obtemperandum est Magistratui ejusque legibus. *Ergò* si hæ violentur, nec illi obtemperetur, Deus & conscientia læditur, id quod fuit demonstrandum.

Porrò RATIONES *tres* potissimum pro eadem thesi stabilienda produci queunt.

A subordinatione legum. I. A subordinatione legum. Omnis lex humana, si justa sit, fundatur in lege naturæ, adeoque in ipsa lege Domini. Ibi enim communia Juris principia sunt abdita, & inde ceu ex fonte rivulus, omne justum derivari debet. Quisquis ergò legem politicam transgreditur, is consequenter & generaliter legem naturæ, quæ

at

ab ipso Deo impressa est, prævaricatur, suamq; hoc pacto conscientiam contaminat.

II. A subordinatione Magistratus. Est hic veluti legatus Dei, suamq; potestatem cœlitus accepit. Quum ergò justa præcipit Magistratus, Deus tanquam causa remota, & potestatis secularis constitutiva concurrit, adeò, ut qui Magistratui se opponit, ipsi Deo inobediens factus non sine læsione συνειδήσεως rectè censeatur. Violat enim legem Dei generalem, de honore & obsequio magistratui præstando. *A subordinatione Magistratus.*

III. Ab incommodo. Nisi enim hoc concederetur, omnis authoritas legum & Magistratus facilè collabereretur. Unusquisque etiam pro lubitu vivere, & cuncta agere cum summo Reipublicæ damno præsumeret. *Ab incommodo.*

Et hæc sunt argumenta præcipua, quibus probatur, justas Principum leges, ipsam quoq; conscientiam obligare, ita tamen, ut longè inferior obligationis gradus sit, quàm qui cum legibus divinis cohæret; Omnia enim tantùm generalem, hypotheticam, & indirectam obligationem inferunt, nimirum 1. *quatenus* magistratus Dei est minister, 2. *quatenus* obedientia in genere à Deo præcepta est. 3. *quatenus* leges politicæ in lege morali & naturæ fundantur. Et 4. *quatenus* ab iis pax publica, & societas humana dependet. Hanc enim qui turbat, adeoq; scandalum præbet, is Dei legem violat, moraliter peccat, & conscientiam sauciat. Quod unum si observetur, ad omnes Papicolarum argutias respondere erit facilimum. Tantùm enim probant, *leges civiles obligare*, quod concedimus, non autem probant, quòd eodem modo obligent, quo leges divinæ, nimirum quoad speciem actus, absolutè, primariò & directè, quod tamen *Bellarminus*, Stoicam paritatem inducens, affirmat, non autem non immeritò negamus. Quod verò hactenus de *legibus Politicis* dictum est; idem affirmatus de *Ecclesiasticis*, nempè quòd hæ etiam generaliter quidem, & indirectè; non autem specialiter & indirectè conscientias Christianorum obligent. *Ubi verò leges Politicæ, sic etiam Ecclesiasticæ Conscientiam obligant indirectè.*

Prius membrum probatur: 1. *Quia* leges Ecclesiæ contemnere, est inter cætera etiam Magistratui, qui illas custodit, & observatas vult, resistere. *Qui autem potestati resistit, is Dei ordinationi resistit, sibiq; ipsi damnationem attrahit*, Rom. 13.v.2. quòd sanè nihil est aliud quàm Deum offendere, & conscientiam lædere.

2. *Quia* per inobedientiam contemnuntur ministri v[illegible]bi, & Magistratus, qui Dei quoq; minister est, *Rom.* 13. *v.* 4. Qui autem [illegible]uit ministrum; consequenter offendit ipsum Dominum; adeoq; [illegible] fauciat conscientiam.

3. *Quia* omnis lex Ecclesiastica, si bona sit & legitima, fundatur in generalibus præceptis Apostolicis, dum omnia jubentur fieri ad ædificationem, sine scandalo & contumacia. Si verò leges Ecclesiastic[illegible]s voluntariè ac temerè quis transgrediatur, tum certè generalia [illegible] τάλματα violantur, & per consequens propria conscientia vuln[illegible]r.

Posterius membrum demonstrari facilè potest.

Non tamē directè & specialiter.

1. *Quia* leges conscientias directè & immediatè obligantes ferre, soli Deo est proprium, quippe qui Solus conscientiarum est Dominus, Solus legifer noster, *Es.* 33. *v.* 2, & Unus legislator, qui perdere potest ac liberare, *Jac.* 4. *v.* 12.

2. *Quia* potestatem conscientiis leges ferendi, ne quidem Apostoli sibi arrogare ausi sunt; Unde Paulus ait, 1. Cor. 7. v. 35. *Hoc ad utilitatem vestram dico, non ut laqueum vobis injiciam.* 2. Cor. 2. 24. *Non quòd dominemur fidei vestræ, &c.*

3. *Quia* servitus conscientiarū, quæ oritur ab humanis obligationibus, est sublata, quò pertinent dicta, Act. 15. v. 10. *Quid tentatis Deum, imponendo jugum super humeros discipulorum?* 1. Cor. 7. v. 23. *Pretio empti estis, nolite fieri servi hominum.* Gal. 5. v. 1. *Nolite servitutis jugo alligari.*

4. *Quia* Ecclesia res adiaphoras non jubet facere vel omittere propter suum mandatum; sed tantùm propter justas mandandi causas, *uti* sunt observatio ordinis, & vitatio scandali, quæ quamdiu non violantur, conscientias liberas relinquit, nec iis vel scrupulum injicit, vel necessitatem imponit.

Objectiones Pontificiorum solvuntur breviter.

Sed objiciunt Papicolæ: 1. *Exemplum Apostolorum*, qui decreto Synodico, *Act.* 15. videntur obligâsse conscientiam fidelium ad abstinentiam à rebus quatuor; *Unde sequitur*, quod idem liceat Ecclesiæ.

Resp. Quod attinet abstinentiam à *Scortatione*, meritò illa obstringit conscientiam, quia expresso Dei præcepto injuncta est. Apostoli verò rebus per se Adiaphoris addiderunt illam, non quòd esset, sed quòd inter gentiles haberetur talis. *Deinde* ab Apostolis ad Pontificem Romanum, vel cæteros Episcopos, nulla est consequentia. Non enim quicquid potuerunt Apostoli ratione officii proprii, etiam Episcopi possunt, ratione officii communis. *Adde*, quòd Apostoli abstinentiam

nentiam istam non absolutè, sed hypotheticè, nimirum in casu scandali necessariam constituerint.

Objiciunt 2. *hanc fuisse hæresin Aerii, siquidem negaverit, Ecclesiæ leges obligare conscientias*, teste *Epiphanio* hæresi. 75. & *Augustino* Tomo 6. de hæresi, hæresi 53.

Resp. Aërius fuit hæreticus, quia Arianus, ut *Epiphanius*; & quia communionem non admisit, nisi continentes, ut *Augustinus* eum accusat. Quòd autem crescentibus superstitionibus de meritis jejuniorum, & de invocatione mortuorum, sese opposuit, in eo non hæreses, sed doctrinam Evangelii rectè defendit.

Objiciunt 3. *Sequi absurdum hac; licitam esse legum Ecclesiasticarum transgressionem, si conscientias non obligent.*

Resp. 1. Non inficiamur omnem conscientiæ obligationem; sed tantùm directam & specialem. 2. Negamus consequentiam; quandoquidem à remotione servitutis Antichristianæ, ad licentiam Cyclopicam non licet argumentari. Non debent Episcopi conscientiis nostris dominari; nihilominus piis Ecclesiæ constitutionibus obedire debemus: Vitandum est utrumq; extremum; *servitus* & *licentia*, tenendumq; medium, ut obsequamur, non propter authoritatem & potestatem Episcoporum, ac si per se ligare possent conscientias; sed propter evitandum scandalum, aliosq; fines salutares, qui observationem legum consequuntur.

QUÆSTIO XIII. ET ULTIMA.

Num leges ferri debeant de abrogandis disputationibus, religionem concernentibus?

Bodinus in affirmantem partem concedit, ita scribens lib. 4. de Republ. cap. ult. num. 481. *Quum semel constituta & omnium consensu probata fuerit religio, ne posthac in disputationem deducatur, cavendum est.* Num. 482. *Prudenter Orientis & Africæ populi, ipsiq; Hispaniarum Reges de religionibus differere, sanctissimè prohibuerunt.* Et paulò pôst: *Quum igitur de rebus divinis disputationes non tantùm dubitationem, ac religionum interitum; verùm etiam Rerumpublicarum eversionem afferant, eas profectò sanctissimis legibus prohiberi oportet.* Simila proponit *Becanus*, part. 2. Theol. Scholast. Tomo 2. tract. 1. c. 15. quæst. 7. conclus. 2. pag. 229. *Catholicus*, ait, *peccat disputando cum hæreticis, si ipse est laicus: quia* sub

Affirmat Bodinus.

Et Becanus.

sub pœna excommunicationis interdicta est Laico [illegible] patet ex cap. Quicunq;, de hæreticis, in 6. *ubi* [illegible] Inhibemus *quoq;, ne cuiquam laicæ personæ liceat publicè vel pri*[illegible] *fide catholica disputare. Qui verò contrà fecerit, excommun*[illegible] *innodetur.* Ratio *inhibitionis est, quia laici, ut p*[illegible] *proinde in jure præsumuntur, tanquam minus idonei & suffic*[illegible] *ad d*[illegible]*tandum de mysteriis fidei.* Idem concl. 3. pag. 231. *Catholici pec*[illegible] *tando cum hæreticis de fide, quando disputant coram simplicioribus.* Ita D. Thomas quæst. 10. art. 7. *Ratio est,* quia *est periculum, ne simplic*[illegible] *li disputatione pervertantur. Nam facilius percipiunt plausi*[illegible] *rum argumenta, quàm subtiles ac solidas Catholicorum solutiones* [illegible] *incipiunt dubitare, aut vacillare in fide.*

Nos negativam tenemus.

Nos autem seriò quidem optamus, ut una eadq; vera religio passim obtineat, ne multis disputationibus opus sit, nevè animorum tantæ distractiones succrescant: Quia tamen ob Satanæ malitiam, & humanæ mentis petulantiam, semper oportet hæreses esse, *1. Cor.* [illegible] ut zizyania in medio tritici etiam reperiantur, *Matth. 13. v. 25.* [illegible] videmus, qui omnes præsertim hoc nostro seculo, sectarum feracissimo, disputationes de religione præcaveri aut prohiberi vel possint, vel debeant.

1. Quia jubemur Scripturas scrutari.

Nam talis prohibitio 1. Est contra Scripturæ dicta, quibus à Pseudoprophetis cavere, τὰς γραφὰς scrutari, & religiones examinare jubemur, qualia leguntur, Matth. 7. v. 15. προσέχετε, *attendite, vel cavete vobis à falsis Prophetis; Ex fructibus cognoscetis eos.* Phil. 3. v. 2. *Observate canes.* 1. Joh. 4. v. 1. *Nolite omni Spiritui credere, verùm* δοκιμάζετε τὰ πνεύματα, *probate Spiritus, an ex Deo sint*; Jam verò si absque omni scrutinio amplectanda & retinenda sit religio illius civitatis, in quâ vivimus; tum certè præcepto Christi, & monitis Apostolicis satisfieri nequit. Hæc enim volunt, ut conferantur & probentur dogmata, ut prudenter eligatur bonum, & constanter retineatur electum, *1. Thess. 5. v. 20.* Aut igitur scrutandi & conferendi libertas permittenda est Christianis; *aut* præcepta Christi & Apostolorum violanda erunt. Posterius quum sit impium, prius erit asserendum.

2. Quia Pastores debent etiam ἀντιθέσιν tractare.

II. Contrariatur officio Pastorum, quippe quibus injunctum est, non tantùm thesin tractare, & veritatem docere, sed etiam ἀντίθεσιν addere, & falsitatem refutare. Oportet Episcopum esse non tantùm διδακτικὸν, quod præcipitur, 1. *Tim. 3. v. 2.* 2. *Tim. 2. v. 24.* sed etiam

ἐλεγκτ.

ἐλεγκτικὸν, 1. Tim. 4. v. 2. ut sit δυνατὸς τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν potens arguere contradicentes, Tit. 1. v. 9. Sicut agricolæ est, nō solum optimam sementem facere; sed infelix quoq; lolium, quoad fieri potest, evellere: Ita non satis erit fido Pastori, sanam doctrinam proposuisse; nisi succrescentes errores etiam extirpare conetur. Hinc *Augustinus* doctorem Ecclesiæ, *veritatis propugnatorem, & erroris expugnatorem* appellavit, *lib. 4. de doctrina Christiana, cap. 4.* Et ante ipsum *Athenagoras* dixit: *Christianorum esse proprium, non tantùm περὶ ἀληθείας, vel de veritate; sed etiam ὑπὲρ ἀληθείας, vel pro veritate disserere*, in legatio. pro Christia. Hoc autem munus elencticum prorsus tolletur, si omnis de religione disputatio prohibeatur. Contradicentes enim sine disputatione qui argui possint, non apparet. Quare vicissim *aut* differendi libertas ad minimum pastoribus permitti debet, *aut* officio elenctico juxta monitiones Apostolicas perfungi nequeunt.

III. Enervat præceptum Apostoli Petri, 1 epist. 3. v. 15. qui 3. *Quia*
jubet nos promtos esse πρὸς ἀπολογίαν *ad responsionē dandam omni po- semper de-*
scenti rationem de ea, quæ in nobis est spe. Jam verò, si omnis disputatio de *bemus*
fide prohibeatur, nemo sanè talem respondendi facultatem sibi com- *promti esse*
parare poterit. Qui enim defendere Christianus potest *vel* argumenta *ad respon-*
sua, si exceptiones adversariorum ignoret? vel qui redarguere poterit *sionem.*
errores, si hos agnoscendi, vel de iis differendi nulla ipsi unquam con-
cessa est licentia?

IV. Ortum trahit ex insidioso stratagemate Papistico, quo 4. *Quia*
fidem carbonariam vel implicitam commendant, quæ nihil est aliud, *stabilitur*
quàm *crassa ignorantia*, conjuncta cum stolido, brutoq; proposito in o- *aliàs cæca*
mnibus obediendi Papæ. Convicti enim sunt Romanenses in con- *Papista-*
scientia, si ad disputationem veniatur, dogmata sua, præsertim ex Scri- *rum obe-*
pturis, defendi non posse, quod fassus est ingenuè *Johannes Eccius*, co- *dientia.*
ram *Wilhelmo* Bavariæ Duce, uti refert Tomo 5. Oper. German. *Luthe-*
rus, fol. 35. & eò alludere videtur *Albertus Pighius*, lib. 1. de Eccles. hierar.
c. 4. Proinde modis omnibus cavent, ne sui homines vel Scripturā scrutentur, vel in religionem Papisticam inquirant; sed potius ut simpliciter credant, & sine omni scrutinio suscipiant, quæcunq; ab Ecclesia Romana statuuntur, & credenda proponuntur. Hinc Christianū Catholicum eum esse dicunt, *qui omnia credit, & profitetur, quæcunq; Ecclesia Romana credit & profitetur, sive ea in sacris Biblicis extent; sive non exteent*, uti patet ex Catechismo *Canisii*, cap. 1. Quam ob causam *Gregorius de Valentia*

in

in analysi sua commendat *quendam mercatorem Pla[illegible]* [illegible]currentem : *Mecum sic statuo, velle me Pontificiam potius, quam [illegible]nam religionem amplecti ; ob id cumprimis, quia illic compend[illegible] [illegible] sum veritatem, videlicet si ajo, quod ait Pontifex, nego, quod negat Pontifex : Rursum ait ille, annuo & ego.* In hac fide implicita brutaq́; [illegible]ducentur omnes, ideò tam solicitè cavent, ne moveantur de relig[illegible] disputationes. Hoc autem indicium est malæ causæ ; hoc st[illegible] impium est, quò cognitioni veritatis via intercluditur, & mise[illegible] homines in crassa cæcaq́; ignorantia, cum æternæ salutis periculo [illegible]linquuntur.

5. Quia pro nobis facit praxis antiquæ Ecclesiæ.

V. Est contra praxin antiquæ purioris Ecclesiæ. Non enim ignotæ sunt ex *Veteri Testamento* variæ disputationes contra Baalitas & idololatriam Israeliticam institutæ. Non ignotæ sunt ex *Novo Testamento* concertationes Christi & Apostolorum cum Sadducæis, Pharisæis, aliisq́; sectis, præsertim Pauli, qui disputabat cum Græcis, *Act. 9. v. 29.* Non ignotæ sunt *sanctorum Patrum* dimicationes cum hæreticis, quales fuerunt Ariani, Nestoriani, Eutychiani, Pelagiani, & similes. Si ergò tum licitum fuit de religione disputare, & hæreticos, licet alibi exortos, redarguere ; quid prohibebit, quò minus ad exemplum primitivæ Ecclesiæ, & nostro tempore tales de fide collationes modestè instituantur.

6. Quia multa sequuntur ex contraria opinione incommoda.

VI. Multa secum trahit incommoda, quæ tamen inter Christianos diligenter sunt præcavenda.

Nam 1. *Impediuntur omnes illi usus*, qui ex scripturæ scrutinio, & sobrio de fide discursu oriuntur, *quales* sunt plenior cognitio veritatis, confirmatio in sincera religione, facultas refutandi adversarios, facilior evitatio errorum & insidiarum, quas passim struunt hæretici. *Hæc*, inquam, omnia impediuntur, siquidem negatâ inquirendi licentiâ, nec veritas satis cognosci, nec conscientia in dubitationes incidens, tranquillari, nec δύναμις refellendi aut dolos præcavendi unquam comparari potest.

2. *Eodem schemate quævis secta & hæresis conservari ac propagari potest.* Hanc ipsam enim ob causam Judæi & Turcæ, aliiq́; gentiles tam fortiter adhærent avitis erroribus, quia disputationes de religione non permittuntur. Similes leges si Anabaptistæ, Photiniani, aliiq́; sectarii ferant ; annón hoc ipso falsitas munitur, & seductis media conversio-

versionis eripiuntur? Satius ergò est, disputationes modestas concedere, quàm erroribus conservandis ansam suppeditare.

3. Antiqua religio civitatis, in qua vivimus, *aut* falsa est, *aut* vera, & Scripturis consona. *Si falsa*, nec tamen licet de illa disputare, tum agnitio veritatis impeditur. *Si vera*, & idem interdictum viget, tum nihilominus apud alios in suspicionem incurrimus, ac si causam malam, ac lucis impatientem, foveremus, simulq; hæreticis occasionem damus, ut similes prohibitiones instituant, quo pacto quàm plurimi in errore detinentur, & ab Ecclesiæ gremio avocantur.

4. *Desperationi fenestra aperitur*. Si enim quis in tentationem incidat ob fidem, & dubitare incipiat de veritate religionis suæ, quid tum faciendum erit? *Aut* enim cum illo disputandum, & scrupuli eximendi sunt, quo pacto concidit interdictum; *aut* tantùm objurgandus & deserendus est: Unde sanè nihil aliud, quàm desperatio potest subsequi.

5. Tandem, *hæreses eò facilius spargi possunt*. Earum enim authores liberè disputant, scrupulos movent, & sua scripta disseminant, quæ multi (quum mens humana novitatis sit appetens, & in vetitum magis feratur) avidè percurrunt. Jam si de religione aliis prorsus sit tacendum; annon hoc ipso plurimi quàm facilimè seduci possunt? Nec enim licet illis disserere, ut eximantur scrupuli; qua de causa magis magisq; præoccupatur judicium, ut postmodum non nisi difficilimè converti queant. Quocircà, qui hoc tempore, hæreseωn plenissimo, disputationes de religione inter orthodoxos sublatas volunt, quid aliud faciunt, quàm quòd gladium è manu nobis excutiant, ne resistamus? & interim adversariis suus gladius relinquitur, ut eò liberius ferire, & majorem stragem facere possint.

Tenendus tamen est modus disputandi de religione.

Hisce igitur rationibus adducti, statuimus, non esse omnes de religione & vera fide disputationes rigorosis edictis proscribendas; sed licentiam quærendi & disserendi subditis permitendam; sic tamen, ut *modus* teneatur, & certi termini ponantur, inter quos disputatores hujusmodi se continere debeant. Sequentes ergò *limitationes* addimus, illasq; semper observari volumus.

Hinc quinque limitationes afferuntur.

I. Magna religionum est disparitas, quandoquidem *aliæ* quosdam duntaxat articulos, *aliæ* totum systema fidei impugnant, & in dubium vocant. *Priores* diligenter examinari æquum est, præsertim, si adstipulatores non paucos habeant: sed *posteriores* quandoque præ-

ſtat ſilentio involvi, quàm multis diſcuti [illegible] mias contineant, & vix abſque nominis divini [illegible] poſſint. Hùc ſpectat iſtud *Cypriani* ad Deme[illegible]anum: *V[illegible] melius eſt, errantis imperitiam ſilentio [illegible]nere, quam [illegible] inſaniam provocare.*

II. Religio falſa *vel primùm* gliſcere incipit. & pauc[illegible] res habet; *vel jam latè* ſparſa eſt, & multorum animis inſ[illegible] rantes diligenter ſunt informandi; vel ſi pertinac[illegible]ter in ſ[illegible] bus hæreant, ad ſilentium adigendi, ne alios ſeducant, crebr[illegible] tationes ſupprimendæ potius, quàm movendæ ſunt. *H[illegible]* autem [illegible] ſpecta fiat religio per rigida interdicta, non tacendum eſt a[illegible] prohibenda omnis diſputatio; ſed potius adverſariis maſculè [illegible]ob-viam, eorumque ſtrophas fideliter refutare, ac omnes fide[illegible] quærentes, manſueto placidoq; animo erudire debemus.

III. Qui de religione diſputare præſumunt, *vel* literati ſunt, *v[illegible]* idiotæ & indocti. *His* non quidem omne ſcrutinium deneg[illegible]dum eſt, magis tamen audire & diſcere, quam loqui & docere debent. *I[illegible]* autem, ut ſint Laici, præſertim tamen ii, qui vivunt in mini[illegible], tenentur ſæpius ſententias conferre, & accuratas de religione diſſertationes inſtituere, quò & alios rectius informare, & diſſentientes eò ſolidius refutare queant. Interim tamen coram ſimplicioribus non mul[illegible] ſunt movenda dubia ex adverſariorum ſcriptis, præſertim ſi in me[illegible] illa relinquantur, nec planè & accuratè diſcutiantur. Hoc enim p[illegible]cto plurimi offenduntur, ut de religione ſincera ſiniſtrè judicare, & paulatim ad partes adverſariorum declinare incipiant. Si autem veritas aſſeratur ſolidè, tum ſine omni periculo, imò cum fructu maximo coram ſimplicioribus etiam diſputari poteſt. Neq; aſſeri debet, quòd iſti facilius percipiant argumenta hæreticorum, quàm ſolutiones Catholicorum, niſi hoc intelligas de *Romanenſibus Pſeudocatholicis*, quorum ſolutiones quum ſint confictæ & intricatæ, difficilius percipi, quàm plana noſtra pro veritate adducta argumenta, lubenter concedimus.

IV. Ut in rebus omnibus; ſic & in diſputationibus de fide, medium tenendum, ſed *extrema fugienda* ſunt. Nam hîc errari poteſt *tum in defectu*, ſi omnis fidei cura & ſolicitudo abjiciatur; *tum in exceſſu*, ſi verus diſputandi modus non teneatur, quod fit, (1.) *Si cuncta*, licet manifeſtiſſimæ veritatis, in dubium vocentur. Ita enim certitudo paulatim tollitur, & ἐποχὴ Academica revocatur. Hinc *Ariſtoteles*, citante

Mor-

Mornæo, lib. de verit. relig. Christianæ, cap. 11. pag. 213. dicere fuit solitus: *Alio atq; alio modo quæstionibus respondere debet. Quærunt quidam* An ignis caleat? *Fac ignem tangant; Sensus ipse idoneus, qui ejusmodi quæstioni respondeat. Nonnulli*; Utrum parentibus honor debeatur? *Hos increpa acriter & objurga. Nec enim digni sunt, quibus cum disputes. Exigunt alii, ut sibi evidentibus rationibus probetur* providentia, *qua regitur mundus. Flagris nefarii isti excipiendi sunt, nec veri Philosophi verba; sed carnificis verbera merentur.* (2.) *Si* asserantur talia, quæ apertè sunt blasphema, in Deum contumeliosa, scandalum præbentia, & utilitati privatæ ac publicæ adversa. De his *Plato* rectè pronunciavit: *Sicut monstrosi partus non educantur; ita portentosæ disputationes, & monstrosæ opiniones in Republica non sunt tolerandæ.* (3.) *Si* omnia fidei mysteria ad rationis trutinam revocentur; vel statim negentur, si comprehendi nequeant. Periculosissimum est hoc principium, quod olim Calvinismum; nunc recentem Arianismum peperit. (4.) *Si* magis contentione verborum, quàm argumentorum & sententiarum pondere transigatur disputatio. Hoc enim prohibuit Apostolus 2. Timoth. 2. vers. 14. *Noli*, ait, *contendere verbis; Ad nihil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* (5.) *Si* de fide disputaretur nimis crebrò & Topicè, nunc in hanc, nunc in alteram partem. Ita enim religio mutatur in rem leviculam, de qua opinari cuivis liceat; unde tandem nihil aliud, quàm mera securitas & Epicureismus emergit.

V. Omnes actiones judicantur ex *fine*, qui si licitus, commendat; si illicitus, coinquinat actionem. *Idem* circa religionis veræ negotium apparet. De illa enim disputari potest, *vel* ut confirmetur magisq; illustretur; *vel* ut reddatur dubia, & paulatim evellatur. *Prior finis* legitimus; sed *posterior* illegitimus est, ideoq; disputationes *illius* respectu possunt; *hujus* respectu nec possunt nec debent concedi.

Hæc omnia intellexit jam olim *Thomas de Aquino*, qui 2. 2. quæst. 10. artic. 7. de disputatione adversus hæreticos satis prudenter disserit, & ita concludit: *In disputatione fidei duo sunt consideranda:* Unum *quidem ex parte disputantis*; Aliud *ex parte audientium.* Ex parte disputantis *consideranda est intentio. Si enim disputet, tanquam de fide dubitans, & veritatem fidei pro certo non supponens, sed argumentis experiri intendens, procul dubio peccat, tanquam dubius in fide, & infidelis. Si autem disputet aliquis de fide; ad confutandum errores, vel etiā ad exercitium; laudabile est.* Ex parte audientium *considerandum est, utrū illi, qui disputationem audiunt,*

Et testimonium Thomæ simul adducitur.

diunt, sint instructi in fide; an simplices, & in fide titub[illegible]*es.* [illegible] *coràm sapientibus, in fide firmis, nullum est periculum disputare d*[illegible] *circa simplices est distinguendum :* Quidam enim sunt *s*[illegible] *ti ab infidelibus, puta Judæis vel hæreticis, sive pagani*[illegible], [illegible] *corrumpere fidem :* Quidam *non sunt solicitati, utpote qui* [illegible] *non conversantur.* In primo *casu necessarium est, publicè dis*[illegible] *dum modo inveniantur aliqui ad hoc sufficientes : per hoc enim sim*[illegible] *fide confirmabuntur, & tolletur infidelibus decipiendi facultas & *[illegible] *turnitas eorum, qui resistere deberent pervertentibus fidei veritatem,* [illegible] *erroris confirmatio.* Unde Gregorius in 2. Pastoral. *Si*[illegible] *tio in errorem pertrahit; ita indiscretum silentium eos, qui erud*[illegible] *poteran*[illegible], *in errore derelinquit :* In secundo *verò casu periculosum est publicè disputare de fide coràm simplicibus, quorum fides ex hoc est firmior, quod n*[illegible] *audierunt diversum ab eo, quod credunt : & ideò non expedit eis, ut v*[illegible]*ba infidelium audiant disputantium contra fidem.* Hæc Thomas

Atq; hactenus veram de præsenti problemate sententiam satis & confirmavimus & limitavimus.

Et ad objectiones Bodini respondetur.

In contrarium quæ *Bodinus* objicit, levissimi momenti sunt, & vix digna responso. Inprimis urget duo argumenta, ad quæ paucis respondere lubet.

1. Exaggerat *commodum ex interdictis disputationum emergens,* quia *sic omnes seditionum viæ, omnes aditus intercludantur, & præsidia pacis muniantur.*

Respons. Non sunt facienda mala, ut eveniant bona: nec invehenda est servitus Theologica, ut stabiliatur pax & libertas politica. Muniri debent præsidia pacis, sed non per indicta, Scripturis & praxi Ecclesiæ contraria. Intercludantur viæ seditionum; sed ita, ne simul intercludatur aditus ad veritatem. Legislator utrumque respiciat, *partim,* ut pax conservetur in Republica; *partim,* ne supprimatur veritas, & dominium arrogetur in conscientias. Debemus enim utrumque, junctim diligere, veritatem nimirum, & pacem, juxta monitum Jehovæ *Zachar. 8. v. 19.*

2. *Quarum,* inquit, *rerum disputationes in utramq; partem feruntur, earum omnium probabilis est ac dubia ratio. Quid autem ab impietate propius abest, quàm leges divinas, quarum sempiterna sit natura, & quæ omnium animis ac mentibus assensione certissimâ hærere debeant probabilibus argumentis in dubium revocare?*

Resp

Resp. Execramur ipsi has disputationes, si de fide agatur, ut re probabili, & quidem eum in finem, ut magis magisq; vocetur in dubium. Illicitus hic finis & modus disputandi est, eoq; respectu non probamus discursus hujusmodi, ex levitate institutos. Interim propter abusum non est tollendus ipse usus: Et præter finem, modumq; istum illicitum datur alius licitus qui est veritatis confirmatio, dubitantium conversio, & hæreseωn eliminatio. Non igitur disputandum est de fide *probabiliter*, ex argumentis cæcæ rationis; sed *apodicticè*, ex firmis Scripturæ testimoniis, quibus illa non efficitur dubia; sed potius illustratur, & in animis audientium fortius obsignatur.

CAPUT V.

DE

JUDICIIS.

QUÆSTIO I.

Num omnem Judicem oporteat esse personam visibilem, & litigantes nominatim compellantem?

GRetserus in Colloquio Ratisbonensi, fol. 293. 294. sibi defendendam sumsit hanc thesin, *quòd Spiritus Sanctus*, prout in Scriptura, & per Scripturam nobis loquitur, non sit, nec esse possit judex omnium controversiarum fidei. Argumento inter cætera hoc usus est: *Affirmant Papistæ universaliter.*

Quicunq; non loquitur, ut expresse partes litigantes sententiam audiant, is non est verus controversiarum Judex.

Spiritus Sanctus non loquitur expressè, ut partes litigantes sententiam audiant, quia non dicit: Tu erras, ille causam obtinuit.

Ergò Spiritus Sanctus non est verus controversiarum Judex.

Nos autem respondemus 1. ad *majorem*, & sic ad ipsam quæstionem, quòd Judex loqui, & sententiam ferre possit dupliciter, *tum* vivâ voce; *tum* scriptis. Qui nullo horum modorum loquitur, judex esse nequit: Qui autem uno eorum loquitur, judex esse potest. Nec enim requiritur absolutè, ut sententia vivâ semper voce proferatur; sed sufficit, si scribatur; aliàs sequeretur, non esse legitimam sententiam Sca- *Nos distinguimus.*

binorum, qui eam plerumq; scribunt non vivâ [illegible] Imperatorem non judicare per Rescripta sua: [illegible] ipsum n[illegible] judicem in suis Decretalibus, quia ibi non loquitur; quae o[illegible] absurda.

2. *Minorem* verò planè inficiamur. Spiritus Sanctus [illegible] nò loquitur, & infallibilem fert sententiam, licet non vivâ vo[illegible] tamen in Scriptura, quae & ipsa vox est Spiritus Sancti, sed scripta. Verbum autem prolatum & scriptum non differt realiter & quoad e[illegible]: sed tantùm modaliter, seu quoad modum communicandi. Qu[illegible] Scriptura quando legimus; tum Spiritus Sanctus omninò loquitur nobiscum, & perinde est, ac si vivam ejus vocem e coelo sonantem audimus. Hinc ipsi Scripturae saepissimè tribuitur, quòd dicat vel lo[illegible] *Marc. 15. v. 28. Joh. in. 7. v. 83 42. cap. 19. v. 24. Rom. 4. v. 3. cap. 9 v. 17* [illegible] *v. 8.* Et Deus ipse adhuc in Scriptura vel per Scripturam loqui pe[illegible]tur, *Matth. 22. v. 31 Marc. 12. v. 26. Actor. 2. v. 17.* Et quod Scriptura dicit, id ipse Spiritus Sanctus dicere scribitur, *Heb. 3. v. 7. c. 10. v. 15.*

QUÆSTIO II.

Num Judex ita semper debeat judicare, ut altera pars sciat, se vicisse; altera, se causam amisisse?

Gretserus affirmat.

AFfirmativa iterum placet *Gretsero*, ita differenti in Colloquio Ratisbonensi, pag. 292. *Omnis judex, praesertim supremus & g[illegible], ita debet dicere sententiam, ut altera pars litigantium evidenter sciat, [illegible] vicisse, altera pars evidenter sciat, se causam amisisse, quantum ex parte [illegible] ejus judicis. Hoc neq; Sacra Scriptura, neq; Spiritus Sanctus per Scripturam potest facere.*

Ergo nec Sacra Scriptura, nec Spiritus Sanctus loquens per Scripturam, est talis Judex. Et paulò pòst. *Concedit Dominus D. illam majorem, quod accipio grato animo. Negat minorem, quam sic probo:*

Stamus ego & collegae, & domini adversarii in conspectu hujus judicis (Bibliorum) *& contendimus, an sit judex controversiarum? Jam iste judex debet pronunciare sententiam, ut nobis constet evidenter. Sumus hic in conspectu Sacrae Scripturae, & Spiritus Sancti, pronunciet sententiam, & si dicat:* Tu, Jacobe Gretsere, malè sentis, cecidisti causâ tuâ; Tu Jacobe Heilbrunnere, vicisti? *Tunc ego statim transibo ad vestrum scamnum.* Rursus pag.

pag. 291. *Si Spiritus Sanctus ut per Scripturam hanc loquitur, est judex. tum debet facere, seu ita judicare, ut evidenter sciam, me amisisse causam: sed non potest, ut per Scripturam hanc loquitur, judicare, ut evidenter sciam, me amisisse causam. Ergò Scriptura Sacra non est judex.* Iterum pag. 294. *Omnis judex ita debet dicere sententiam, ut altera pars evidenter sciat, se causam obtinuisse, quantum est ex parte hujus judicis: altera cecidisse causa, sive justè, sive injustè: Sed Sacra Scriptura, & Spiritus S. loquens per hanc Scripturam, illud NON POTEST ex sua parte. Ergò non est judex. Et illud argumentum est ferreum & adamantinum, quod non solvetur in æternum. Jam adsit Spiritus Sanctus, jam judicet, jam me condemnet. Jam, jam non potest dicere sententiam condemnatoriam Spiritus S. per hunc librum, ita, ut evidenter constet, quæ sit ejus sententia. Ergò NON POTEST esse judex. Jam adsum, dicat erras, Jacobe Gretsere?*

Ad isthæc autem omnia respondemus, quòd distinguendum sit inter *judicium generale*, quo ipsum jus præscribitur; & inter *judicium speciale*, quo jus præscriptum ad certos casus applicatur, & litigantibus, nem quis justam, quis injustam causam habeat, nominatim indicatur.

Nos per distinctionem respondemus.

Judex, *quoad judicium generale*, verus est judex, quando quid justum, injustumvè sit, patefacit, licèt ad quosvis casus non accommodet, & [illegible]as personas vel absolvat vel condemnet, ut sciant evidenter, se absolutas vel condemnatas esse. *Sic Imperatores* per jus civile sunt supremi Judices omnium controversiarum forensium, nec tamen ita ferunt sententiam, ut nominatim dicant; *Tu causam obtinuisti, tu amisisti;* sed tantùm generatim declarant, quid justum sit; adeoq; judices supremi sunt quoad generale & discretivum judicium, applicatio postmodum inferioribus judicibus committitur. Fallit proinde major, ratione *judicii generalis & discretivi*, licèt vera sit ratione *judicii specialis & executivi.*

Applico hæc ad controversias Theologicas: *Spiritus Sanctus* in Scriptura loquens est supremus Judex, sed per modum *judicii generalis & discretivi*, non quòd speciatim & nominatim singulos hæreticos in Scriptura damnet, sed quia generatim, quid verum falsumvè sit, in fidei rebus indicat. Istud generale jus, & judicium Spiritus Sancti sacris literis comprehensum, postea ad speciales causas, ipsasq; personas accommodat Ecclesia, & presbyterium, ferendo sententiam luculentam, ut utraque pars litigantium sciat, quæ vicerit, quæ causam amiserit.

Exempli gratiâ: Quæritur, *An Deus sit essentia unus* [illegible] Negant *Ariani*, affirmant *Orthodoxi*. Hæc controversia su[illegible] & de-terminata est (1.) *à judice supremo*, Spiritu Sancto in Scriptu[illegible] te, qui clarè innuit, quòd Deus sit unus & trinus, adeo[illegible] nerale & discretivum, jamdudum etiam ante exortam hæresin [illegible] nam exercuit. (2.) *A judice inferiori & Ecclesia*, quæ judicium Sc[illegible] generale accommodavit ad speciales causas & personas, conde[illegible] do nominatim Arium, Photinum, alios: Dico igitur jam paucis, [illegible] *si major* loquatur de Judice speciali, tum vera sit, & totum argumen-tum concedi queat. Sin autem intelligatur *de Judice gen*[illegible] tantùm, nec alio sensu nos Scripturam pro Judice habemus) falsa sit, ut ostensum. *Deinde* latet ambiguitas in vocabulo *sciendi*, quod no-tat *vel* possibilitatem sciendi, *vel* actualem cognitionem. De *priori* ma-jor vera; sed minor falsa. De *posteriori* si intelligatur, major non est universaliter vera.

QUÆSTIO III.

Num Judicis officium sit, omnes finire contro-versias?

Affirmant Papistæ universaliter.

PONtificii negant, Sacram Scripturam esse Judicem Theologica-rum controversiarum, *quia per eam non finiantur controversiæ*, quum in ejus judicio non acquiescat pars altera, falsum defendens. Huc *Gregorius de Valentia*, Tom. 3. disput. 1. quæst. 1. pun. 7. §. 7. fol. 156. A. scribit: *Auctoritas illa, quæ est fidei judex, omninò talis est, ut apud omnes quidem, qui eam agnoscant, & recipiant pro fidei Judice, possit proferendo sententiam facilè & efficaciter finire omnes controversias de fide, quæ inter illos oriuntur. At Sola auctoritas Scripturæ minimè est talis: Ergò sola auctoritas Scripturæ minimè est Fidei Judex.* Hûc etiam alludit Bellar-minus lib. 3. de V. D. c. 9. col. 190. D. dum inquit: *Judex debet habere auctoritatem coactivam, alioqui nihil prodesset ejus judicium.* Similia habet *Valentianus* Tomo 3. disputat. 5. quæst. 11. punct. 1. colum. 1322. A. *Is*, ait, *qui tanquam judex fert sententiam, necesse est habeat vim coacti-vam, quâ videlicet cogat utramq; partem parere sententiæ. Nam sententia judicis est veluti quædam Lex in particulari materia: Lex autem, ut Aristoteles probat* l. 10. Eth. cap. ult. *fulciri debet vi coactiva: Ergo etiam judicis sententia; alioqui non erit efficax.*

Sed

De Judicis.

Sed distingui hîc iterum debet inter *judicem generalem*, quem alii vocant *legislatorem*; & *inter Judicem specialem*, vel exequentem, qui leges scriptas ad speciales casus applicat. Uterque finit controversias; sed diverso modo. *Judex generalis* vel legislator finit & determinat controversias præscribendo normam judicii, & indicando generatim, quid justum injustumque sit, quo pacto in Jure civili, Saxonico, aliisque constitutionibus, finiuntur & deciduntur controversiæ. *Judex* verò *specialis* in politia finit controversias, applicando leges scriptas ad certos casus, simulque dicendo partibus, quæ justam, quæ injustam causam foveat, simulque cogendo partem condemnatam ad obediendum.

Nos verò distinguimus inter judicē generalem & specialem.

Hypothesis ergo Papistica vera est non universaliter de omni judice, etiam discretivo; sed tantùm *particulariter* de judice speciali, & sententiam ita ferente, ut cum illa protinus conjuncta sit executio.

Hæc facilè applicari possunt ad controversias Theologicas, quarum *geminam* dicimus dari posse *decisionem & finitionem*, nempè vel *coactivam* vel *discretivam*.

Inter controversiarum Theologicarum divisionē

Coactivam dicimus, quum non tantùm controversiæ dijudicantur ex verbo Dei, sed etiam contradicentes coguntur ad aliam sententiam suscipiendam, aut ita compescuntur, ut ipsi desinant errores suos fovere, vel nisi hoc faciant, vi supprimuntur & è medio tolluntur. Hæc planè cruenta est litium terminatio, in Papatu non inusitata, quam sub nomine judicii Ecclesiastici occultare solent. At verò solius Dei est, conscientias cogere, & hæreses penitus extirpare, quod non fiet ante diem ultimum, quia semper futuras esse hæreses, prædictum, *1.Cor.*11.*v.*19. Unde sibi nemo imaginetur, controversias ita terminandas & res fidei sic declarandas esse, ut protinus obmutescant hæretici, nec ullum amplius dubium suboriri queat. Alia est ratio militantis Ecclesiæ, in qua semper pugnæ, semper hæreses existunt, quas quidem ex verbo Dei refutat illa; sed extirpare nequit, nec ejus asseclas ad fidem cogit aut interficit. Sic Apostoli, sic primitiva Ecclesia ex verbo Dei quid verum sit, indicavit; falsos autem doctores nec coegit, nec occidit, licèt silentium iis, qui subjecti erant, indixerit. Improbamus ergo & rejicimus istam coactivam decisionem, quippe in verbo Dei non fundatam, praxi antiquæ contrariam, illicitam, tyrannicam, & solo Antichristo dignam.

Coactivam

Discretivam verò nuncupamus, quum ex scripto Dei verbo, ceu uni-

Et Discretivam.

unica fidei menſura, terminantur controverſiæ, & per Paſtores judicatur, quid juxta ſacrum canonem verum falſumvè ſit. Conſtituunt itaque tres ſemper Judices. (1.) *Principalis* & abſolutus, qui eſt Spiritus Sanctus, (2.) *Inſtrumentalis* & directivus, qui eſt Scriptura Sacra (3.) *Miniſterialis* & ſubordinatus, qui ſunt Paſtores Eccleſiæ, ſiquidem illorum eſt, de controverſiis ex Scriptura ordinariè, publiceque judicare, *Deut.17.v.8 9.* & pretioſum à vili diſtinguere, *Jerem 15.v.19* ... m *Spiritus Sanctus* πρώτως vel primariò, *Scriptura* κανονικῶς vel directivè; *Paſtores* διακονικῶς vel miniſterialiter, atq; ſic *Deus ex Scripturis* per *miniſtros* de omnibus controverſiis certum & infallibile fert judicium, ubi tamen ſimul requiritur ab auditoribus, ut exemplo Berrhoenſium *Actor.17. v.11.* diligenter inquirant ipſi, & cuncta dogmata cum Scripturis conferant. Hic antiquus Apoſtolicus veritatem fidei cognoſcendi, & religionem probandi modus eſt, qui in noſtris Eccleſiis ſimiliter obſervatur, & cujus beneficio verum à falſo rectè diſcernitur. Patet hinc, quòd injuriam nobis faciat *Becanus*, ſcribendo, in tract de Judice, pag 10. nos docere; *Solam Scripturam eſſe normam ac Judicem controverſiarum fidei.* Imò verò & Spiritum Sanctum, ceu Judicem ſupremum, præſupponimus, & Eccleſiam ceu judicem inferiorem lubenter admittimus, ideòque ſoli Scripturæ officium judicandi abſque omni diſtinctione non aſſignamus?

QUÆSTIO IV.

An Judex ſecundum acta & probata; an verò ſecundum conſcientiam judicare debeat?

QUæſtio hæc jam olim in dubium vocata fuit, & vocatur etiamnum non modò à JCtis, ſed quoque à Theologis. Movit eam jam pridem *Gellius*, lib. 14. Noct. Att. c. 2. & diſceptârunt de illa *Martinus & Johannes*, gloſſatores veteres. *Secundum acta & probata judex pronunciare debet*, inquit Heinricus Junior, Dux Brunſwic. apud *Lin. Hortlederum*, l.4. de cauſis belli Germanici, c.11. num. 7. *ſecundum conſcientiam*, inquit Landgravius apud eundem, l.4.c.7.num.6.

Pontificii pleriq; affirmant. Cumprimis autem Pontificii pleriq; in eam concedunt ſententiam, quòd judex præcisè ſecundum Acta & probata judicare debeat, unde *Caſtalius* ad l. Illicitas 6. §. veritas. ff. de offic. Præſ. & *Bronchorſt.* centur.1. Enantioph. aſſert. 14. dicunt: *Eſſe hanc omnium fere Doctorum ſententiam, tam à Canoniſtis, quàm Legiſtis approbatam.*

Tho-

De Judiciis. Ut Thomas de Aquino.

Thomas de Aquino, 2.2. quæst. 67. art. 2. scribit: *Judicare pertinet ad Judicem, secundum quod fungitur publicá potestate. Et ideò informari debet in judicando, non secundum id, quod ipse novit, tanquam privata persona; sed secundum id, quod sibi innotescit, tanquam personæ publicæ. Hoc autem innotescit sibi, & in communi, & in particulari:* In communi *quidem per leges publicas, vel divinas, vel humanas, contra quas nullas probationes admittere debet;* In particulari *autem negotio aliquo per instrumenta & testes & alia legitima hujusmodi documenta, quæ debet sequi in judicando magis, quàm id, quod ipse novit tanquam privata persona.*

Dominius à Soto.

Dominius à Soto, lib. 5. de Justitia & Jure, quæst. 4. art. 7 fol. 155. b. tres recenset opiniones: *Prima,* inquit, *est in uno extremo, omnino Divo Thomæ contraria; Puta quòd in nullo casu scilicet, neque in causa civili, neq; in criminali licet judici condemnare eum, quem evidenter scit esse innocentem; quantumvis legitimè probetur reus. Nam citra evidentiam nemo ambigit sequendum esse judicium publicum. Hanc opinionem ortum traxisse arbitror & originem ex* Hugone, super l. Prætor. ff. de Juris. omn. jud. *Eandem tamen opinionem amplexi sunt Calderin. & Panormitanus;* super cap. Pastoralis. de offic. deleg. & *Summa Angelic.* in verbo judicare, quæst. 7. & *Nicolaus de Lyra,* Exod. 23. *Secunda* opinio *utitur distinctione: nempè quòd in causa criminali, sive capitalis sit, sive ullius mutilationis, nequit judex condemnare innocentem secundum allegata & probata. Secus autem in civilibus, puta, quum de pecunia agitur, aut de aliarum rerum possessione. Hæc autem opinio falsò tribuitur* Chald. & Panormitano, *qui certius fuerunt primæ sententiæ: sed fuit cujusdam* Rodolphi, *quem loco citato* Angelus *citat. In quam sententiam subscripsit* Imol. & alii *Jurisconsulti, super legem,* A divo Pio, ff. de re Judic. & *Summa Rosela,* & *Supplementum. Et hæc media opinio est, quæ* Adriano *perplacuit,* in quolibet. quæst. 6. art. 3. *Sed miror, quòd hanc asserat, esse Theologorum opinionem: Quum tamen ex antiquis nemo sit, qui non indubiè teneat cum S. Thoma: Imò minus inter omnes habet probabilitatis.* Tertia *ergo opinio est in alio extremo, secundum quam statuimus conclusionem tertiam:* Judex in ultimas conclusus angustias, debet in omni causa tam criminali, quàm civili, contra veritatem sibi notam, secundum allegata & probata sententiam pronunciare. *Hæc, inquam, opinio est S. Thomæ,* 2. 2. quæst. 67. art. 2. & superius quæst. 64. art. 3. ad tertium: *ubi exemplum protulit in causa mortis; nimirum quòd potius est morti adjudicandus innocens, quàm deserenda testimonia publica.*

Eademq́; fuit sententia Alex.de Hales, *Doctoris gravi*[illegible] *in 3.p*[illegible] *q. 40. memb.6.art.2.*& Richardi,art.3.q.26. *& egregii d*[illegible] *Pe. de* [illegible] *Et fuit inter Jurisconsultos opinio Bar.* super l. illicitas. ff. de [illegible] *Jo.An.* in suis Novellis,tit.de Al. *ubi recitat opinionem S. Thomæ, in qua se asserit.Fuit etiam sententia* Petri de Pallud. & Sylve. *in verbo Jud.* [illegible] *§.5. Quam post plurimam auctorum citationem, fatetur esse opinion*[illegible] *antiquorum omnium Theologorum, Jurisq; utriusque Interpr*[illegible] *con-trà quam* Adrianus *affirmat. Cui revera sententia & rationes constanter, & planè jura patrocinantur.*

Gregorius de Valentia, Dominicum à Soto sequitur Gregorius de Valentia, Tomo 3. disp.5.quæst.11. puncto 2. col. 1326. seqq. ubi recenset *duas Thomæ* con-clusiones, & *tres Papistarum* opiniones: *Prima*, inquit, *conclusio est*: Necesse *est semper ferre sententiam secundum allegata & probata, etiamsi judex evidenter sciat contrarium esse verum.* Probatur: *Nam judex pote-state publicâ fert sententiam: Ergo etiam debet illam ferre secundum sci-entiam publicam, quæ quidem habetur in communi per leges; In particulari autem facto per testes, & alia legitima publica instrumenta.* Conse-quentia *est clara, quia, ut exponunt* Cajetanus hîc & alii, *debet esse pro-portio inter potestatem & scientiam, quâ judex judicat. Secunda* Conclu-sio: *Quanquam, ut est dictum, judex sequi non possit privatam suam scien-tiam; potest tamen & debet eâ juvari, ut diligentius investiget defectum pu-blicæ probationis, & eam repellat. Quod si eam non possit juridicè repelle-re, debet, ut dictum est, secundum illam judicare. Est autem* Controversia circa primam conclusionem, *utrum illa usque adeò sit vera, ut debeat judex eum, quem evidenter scit esse innocentem, capitis damnare, propter contrariam probationem publicam? Sunt enim de* hoc *variæ sententiæ.* Prima est; *nunquam licere judici contra veritatem sibi notam agere, neque in causis quidem civilibus. Ita sentit Panormitanus,* in c. Pastoralis, de of-ficio delegati, *& alii Canonistæ, quos citant* Sotus, *lib.5. quæst. 4 art.2. &* Sylvester *V. Judex.2.§.3. Ita etiam* Summa Angelica, *V. judicare, q.7. &* Lyranus, *super illud Exod. 23. Innocentem & justum non occides.* Secun-da *sententia est* Adriani, *quodl. 6. a. 3. ubi distinguit de causis civilibus & criminalibus. Et in civilibus concedit quidem conclusionem D. Thomæ; In criminalibus autem illam negat. Quòd autem in civilibus peculiariter ju-dicandum sit, contra notam veritatem, propter contrarias probationes, pro-bat Adrianus ex eo, quòd leges, & omnia alia, quæ pertinent ad civilia, sunt introducta & servantur ex consensu ipsius populi, quo eodem putat Adria-*

nus

 De judiciis.

nus factam esse potestatem judicibus ad vitanda scandala, judicandi in hujusmodi secundum allegata & probata, etiam contra veritatem. Sed *hac sententia meritò à Soto & aliis exploditur: Nam si in civilibus Judex debet ex officio suo secundum allegata procedere; etiam debebit in criminalibus, quùm in illis etiam suum exequatur officium;* Nam *argumenta eadem, quibus postea pobabimus id esse verum in civilibus, probant* etiam, *(ut patebit) id esse verum in criminalibus. Denique gratis putat* Adrianus *populum peculiariter talem facultatem fecisse judicibus circa civilia. Nullum enim extat ejus rei inditium. Est igitur* tertia *sententia D. Thomæ, eademq; verissima; debere juditem in omnibus causis probationes publicas sequi, etiam contra veritatem, sibi privatim notam: quæ quidem sententia communis est Theologorum, præsertim eorum, qui D. Thomam sequuntur, uti* Cajetani *hic*, Soti & Sylvestri, & Antonini, *.p.tit. 9. cap.2. §.6. Est etiam* Covarruviæ *lib.1.variarum resolutionum. c 1. qui plurimos præterea citat pro hac sententia. Et certè hoc est necessarium ad bonum publicum alias possent judices facere, quod vellent, dicentes, se nosse, & Hoc ipsum quoque jura declamant. Nam in Cap.* Pastoralis, de Officio delegati, *Papa præcipit, ut Ordinarius mandet executioni sententiam delegati, licèt ipse sciat contrarium. Idem etiam habetur* 3. quæst. 7. Cap. Judicet, *quod est desumtum ex* D. Ambrosio. *super Psal.* 118. *serm. 2. circa illud: Miserationes tuæ multæ nimis; Bonus,* inquit, *judex, nihil ex arbitrio suo facit; sed juxta leges & jura pronunciat: Statutis juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati: Nihil paratum & meditatum domo refert; sed sicut AUDIT, ita judicat, & sicut se habet negotii natura decernit: obsequitur legibus, non adversatur; examinat merita causa, non mutat.*

Toletus lib.5. Instruct. c. 6. num 11. pag. 560. *Est unus casus, in quo licet innocentem occidere, quum probatus est nocens. Nam Judex secundum allegata & probata procedere debet. Verum est, quòd quum Judex innocentiam cognosceret, teneretur facere* (ut dicit S. Thomas, 2.2.q.64.) *aliqua.* Primò, *diligenter examinare testimonia.* Secundò: *Si speret profuturum, remittere ad superiorem judicem, & testificari veritatem pro illo.* Tertiò, *differre sententiam, quantum fieri potest: Imo si fieri posset absque ullius damno, possit secretò dimittere à carcere. Quum autem nihil horum fieri potest, licet occidere, secundum communiorem sententiam. Nec mirum est, in isto foro innocentem pati: Nam restat Dei forum, in quo omnis injustitia castigabitur & justitia præmium consequetur.* *Toletus.*

Azorius, Tomo 1. Institut. moralium, l. 2. cap. 17. quæst. 18. p. 116. *Azorius.*

 scri-

scribit: *Tertia opinio est, integrum esse judici, T[illegible] (innoce[illegible] condemnare* (secundum acta & probata) Sic S. *Thomas* 2. 2. q. 64. a[illegible] *Alex*. par. 3 q. 40. mem. 6. art. 2 *Cajet*. 2. 2. q 67 art. 2. [illegible] verb. Judex. 2. q. 5. ubi citat *Innoc. Joan Andr. Card. Barr Goff & Archidiac*. Sic etiam *Richardus*, quodlib. 3. quæst. 25. *Major* 4. d[illegible] 30 quæ est 4. de justitia. *Anton*. par. 3. tit. 9. cap. 2 §. 6. *qui omnes f[illegible] nunquam Judici fas esse contra suam conscientiam agere; j[illegible] in judicio contra id, quod ipse privatim extra judicium certo novit: Et [illegible] sententia est verior; quia commune bonum privato praferri debet. [illegible] ne populus in offensionem incurrat, judici licet innocentem Titium condemnare, criminis in judicio convictum.*

Aquib; tamen omnibus dissentit Lessius,

Quantumvis verô plerique Scholastici & scriptores Pontificii ita censeant; à communi tamen hâc opinione recessit *Lessius*, qui lib. 2. de 4. virtutibus Cardinalibus, c. 29. dubit. 10. num. 78. scribit: *Contraria nihilominus* (sententia) *videtur verior, nempè judicem nullo modo posse talem Innocentem ad mortem condemnare; sed potius debere eum dimittere, etiamsi hoc modo reo nihil esset profuturus. Tenet hoc Nicolaus Lyranus*, in c. 23. Exodi, *explicans illud:* Innocentem & justum. *Adrianus*, quodl. 6. art. 3. *Angelus* v. judicare, num. 7. *Petrus Navarra*, c. 3. num. 161. *Item Hostiensis, Calderinus, & Panormitanus* in c. Pastoralis 28. de Officio delegati, & *multi alii, quos citat Covarruvias*, l. 1. vari. c. 1. num. 3.

Cũ quo nos etiam statuimus, quod judex bonâ conscientiâ nequeat cõdemnare illum, quem nõvit, esse innocentẽ.

Atque huic sententiæ nostrum etiam adponimus calculum, & putamus, *Judicem non posse bonâ conscientiâ condemnare illum, quem certò novit esse innocentem*; sed debet suæ scientiæ fundamenta in judicio proferre, falsosque testes confundere; vel si hoc fieri nequeat, officium Judicis deponere potius, quâm innoxium contra suam scientiam & conscientiam pronunciare noxium. Quod antequàm probemus, necessariò quædam prænotanda veniunt.

Loquimur autem de conscientia vera,

1. Per conscientiam hîc non intelligimus fucatam fictamque illam conscientiam, quâ judex ex arbitrio & affectu in favorem partis aliquid decernit, vel ex præconcepta opinione judicat, vel rumori vago assensum præbet; sed certam & exploratam rei scientiam, quâ judici per αὐτοψίαν, vel alia certa infallibilia media, de veritate facti, & innocentia accusati constat certissimè.

Cujus respectu acta & probata ó-

2. Quando certa judicis scientia, simulque acta & probata in foro invicem pugnant; tum acta & probata tantùm ὁμωνύμως vel æquivocè sic dicuntur. Nec enim sunt veræ certæque; sed tantùm respectu nostri

De judiciis.

nostri apparentes, reipsâ falsæ probationes, quum omnis legitima probatio, sit certa veritatis assertio.

ὁμωνύμως sic dicuntur.

5. Vana est distinctio publicæ scientiæ & conscientiæ, quâ quis instructus sit, *vel* ut publica, *vel* ut privata persona. Nam sicuti veritas una est & simplex: Ita etiam unica tantùm est veritatis scientia, sive illa sumatur ex publicis, sive ex privatis documentis.

Et quâ male distinguitur in privatam & publicam.

Quibus ita præmissis, facile nunc erit, sententiam positam confirmare, & rationes contrarias diluere. Argumenta confirmationis proferri possunt plurima, sed seligemus præcipua.

Probamus thesin positam,

1. Ab interdicto divino.

I. Ab interdicto divino. Ex. 23. v. 2. *Non acquiesces plurimorum sententiæ, ut à vero devies*, & vers. 7. *Insontem & justum non occides, quia aversor impium.* Qui verò secundum acta & probata condemnat eum, quem novit esse innocentem; is utique justum occidit, adeóque istam legem Domini transgreditur. Si excipiant, *illum, qui convictus sit per testes, non esse insontem, quia publicâ opinione habeatur sons & impius:* regerimus breviter; quòd opinio & calumniæ aliorum non possint aliquem facere sontem, ut justè puniatur. Sicut enim non licet cum aliena muliere rem habere, quam certè nosti non esse tuam conjugem, etiamsi millies probetur esse tua uxor: Ita non licet condemnare illum, quem certò nosti esse innocentem.

2. A manifesta iniquitate.

II. A manifesta iniquitate. Omne judicium iniquum, est diligentissimè fugiendum: Sed innocentem damnare secundum acta & probata est judicium iniquum. Ergò fugiendum. *Minor* probatur, quia iniqua est omnis pœna, quæ infligitur sine præcedente vera & reali culpa, quum perpetua sint correlata, vitium & suplicium, illudque habeat rationem causæ, hoc rationem effecti. Jam verò in homine innocente, qui secundum acta & probata damnatur, nulla præcedit vera & realis culpa, sed ea tantum per falsos testes illi affingitur. Ab iniquitate ergo liberari nequit Judex, condemnans eum, quem certò scit ab omni culpa innocentem. *Porrò*, si lex aliqua statueret, *ut qui per calumniam oppressus est, condemnetur, etiamsi judex sciat illum innocentem esse*; talis lex esset iniqua, & æquas aures offenderet; Ergo illud ipsum opere exequi est iniquum.

3. A certo peccati proprio & judicio.

III. A certò peccati proprio & judicio: Quicquid fit contra scientiam vel conscientiam, id omne peccatum est propriè dictum; quò referri potest dictum Apostoli, Rom. 14. v. ult. *Omne quod*

non est ex fide, peccatum est ; ubi per fidem non [illegible] scientiam & assensum, quo credimus aliquid esse licitum. Sed da[mnare] [per] falsos testes convictum, ut reum, quem tamen judex novit innocentem, est aliquid agere contra propriam scientiam & conscienti[am], Quare est peccatum propriè dictum ; & per consequens fe[ri] n[on] debet.

Exceptio Valentiani. Excipit *Valentianus*, col. 1329 A *Nego, tunc judicem [illegible] contra conscientiam: Nam judex, tale habere debet conscientiæ d[ic]tamen, quo statuat se quoniam vice fungitur ipsius communitatis, condemnare debere eum, qui judicio quidem certo moraliter communitatis est reus ; si[quidem] id judicium ipse (non autem suum privatū) in ferenda sententia [s]equitur.*

Responsio. Respondeo. Hic unius judicis *duplex* fingitur conscientia, & quidem contraria: *Privata* & *Publica*, quum tamen una tantùm sit, ut scientia rei ; sic etiam conscientia. Neque dictamen *συνειδήσεως* est publicum & externum ; sed domesticum & internum. Hoc semper inculcat judici, quòd accusatus sit insons, ideoque illum non esse damnandum, quia judex sciat, eum esse insontem. Præter hoc internum conscientiæ dictamen dari aliam conscientiam quasi publicam, quæ judici dictitet, accusatum esse sontem, & licitè damnandum, mera est principii petitio, & absurda contradictio. *Una* enim conscientia, nimirum privata, diceret, accusatum esse insontem, & non damnandum; *Altera* conscientia, nimirum publica, contrà diceret, accusatum non esse insontem; sed damnandum: ubi habetur expressa contradictio, cujus utraque pars vera esse nequit, sed alterutram esse falsam oportet. Judicium autem internum conscientiæ semper est verissimum. Quare falsum erit judicium alterum, & per consequens nulla dabitur conscientia in judice publica, secundum quam justè condemnare queat innocentem, quod ipsum per stimulos conscientiæ in quovis judice confirmari validissimè posse autumo. Si enim maxime in theoria multum disputetur de judicio communitatis, & publico dictamine conscientiæ, quòd secundum illam judex condemnare possit innocentem; certum tamen est, si ad praxin deveniendum sit, & judex innocentem actu condemnare debeat, quòd gravissimam persensurus in seipso luctam, & acres stimulos, illam sententiā condemnatoriam dissuadentes: Unde colligo, bonâ hoc conscientiâ fieri minime posse.

4. A mendacii turpitudine. IV A mendacii turpitudine. Quicquid cum mendacio fer[tur] per conj[illegible] [i]llud fieri non debet. 1 *Sed* damnare illum, quem

scias

scias esse innocentem, cum mendacio semper conjunctum est. *Ergò* fieri non debet. *Minor* probatur, siquidem aliud dicere, quàm scias, mendacium est, *4.Ethic.7.* Sed judex eum, quem novit innocentem, pronuncians secundum acta nocentem, aliud dicit, & aliud scit; quia pronunciat istum esse reum mortis, cum tamen sciat esse falsum. Ergò mendacium dicit, vel contrà veritatem sibi certò cognitam mentitur in læsionem alterius. Quærere proinde, *An judex* secundum conscientiam pronunciare debeat? nihil aliud est, quam quærere: *An potius* mendacium, quam veritatem in judicando sequi debeat?

Valentianus excipit, col. 1319. *judicem non mentiri, quum pronunciat, accusatum talem esse reum. Non enim*, ait, pronunciat esse reum privato suo *judicio; sed communitatis, id quod est verum, & sufficit, ut illum condemnet. Eadem mens est Becani*, scribentis Tomo. 2. in appendice ad disputat. de fide hæreticis servanda, p. 80. *Quæstio moveri solet de judice, qui publicè secundum probata & allegata condemnat reum, quem privatâ scientiâ novit esse innocentem;* An is dicendus sit mentiri, *quando disertè pronunciat criminosum esse, qui reverà talis non est? Plerique negant. Ratio est, quia nihil aliud ille pronunciat, quàm quod secundum probata & allegata pronunciare debet. Ergò quum alter secundum publicam allegationem & probationem criminosus sit, (tametsi coràm Deo non sit) potest judex sine ullo mendacio, pronunciare, talem esse.* *Exceptio Valentiani.*

Respondeo. Hîc rursus in uno judice finguntur duo judicia contraria; *privatum*, quod judicat, accusatum esse innocentem, & *publicum*, quo judicat, accusatum non esse innocentem. Jam verò contradictionis alterutram partem semper oportet esse falsam. Quare, si verum est judicium judicis privatum, quòd accusatus sit insons, utique falsum & mendax erit judicium judicis publicum, quòd accusatus sit reus. Unius enim & ejusdem personæ de re eadem judicium contradictorium, nequit esse simul verum & falsum. Sanè, si judex ignoraret, accusatum esse innocentem; tum quidem, si secundum acta pronunciaret, eum esse nocentem; minimè mentiretur, licèt id, quod pronunciat, cum re non conveniat, sed falsum sit. *Ratio est in promptu*, quia non aliud scit, & aliud dicit; sed existimat, probationes omnes esse veras. Quando autem judex infallibiliter novit, accusatum esse innoxium; & probationes allatas asse confictas; tum si accusatum ob istas falsas probationes pronunciat reverà esse reum; tunc utique mentitur, quia id, quod pronunciat, ipse per certam scienti- *Responsio.*

 am no-

am novit esse falsissimum. Neque verò communitati aut Reipublicæ unquam in mentem venit, ut judex pronunciet aliquem esse reum, quem ille scit merè falsis testimoniis premi, & reipsâ reum non esse. Tale enim mentiendi, & contra conscientiam agendi jugum Republica judici quî imponeret? Sed mens communitatis est, ut judex secundum testimonia semper pronunciet, quò finiantur controversiæ, nisi contrarium ipse noverit certò verum esse; quia ejusmodi testimonia præsumuntur esse vera, nisi contrarium probetur, vel aliunde innotuerit. Nam probationes exiguntur, ut pateat; & secundum illas judicandum est, ut confirmetur veritas, *lib. 3. ff. de testibus. lib. judices, cent. C. de judic.* Media verò non esse debent fini proposito, & à Republica intento contraria. Essent autem contraria, si judex absolutè, & sine restrictione pronunciare deberet secundum quasvis probationes, etiam eas, quas scit esse falsas: Ita n. nō erueretur, sed supprimeretur veritas, quod est contra finem & intentionem Reipublicæ. Inducta verò ad unum aliquem effectum, non debent operari contrarium, *Quod favore, C. de legibus.* Lessius hoc etiam argumentum tangit, & ita proponit, num 80. *Ratio naturalis ideò dictat Judicem debere sequi notitiam publicam, per allegata & probata acceptam, ne facilè aberret aut discedat à veritate & justitia in judicando: hæc enim est ratio illius legis & obligationis; Ergò quando ei est omninò evidens, judicium fore injustum, si sequitur probata & allegata; non debet nec potest ex illis judicare: nulla enim lex servari debet, quando ex ejus observatione sequeretur id, quod est intentioni & fini legis contrarium.*

5. A jure naturali. V. A jure naturali. Hoc semper prævalet justo legali, *leg. 8. §. si quis, ff. de bonor. possess. leg. 8. C. de judic.* Sed jus & ἐπιείκεια naturalis requirit, ut secundum ipsius rei veritatem judicetur: jus verò legale requirit, ut secundū acta judicetur. Hoc igitur illi cedere debet.

Sed regerit *Valentianus*, col. 1329. D. *peti principium*; & asserit, *esse contra jus naturæ, & contra officium judicis, liberare & absolvere eum innocentem, qui nocens esse probatur.*

Resp. Contra jus naturæ & officium judicis est, absolvere illum, qui per veras, vel judici ad minimum ita visas probationes nocens esse probatur: Si autem judex sciat infallibiliter, probationes esse falsas, & meras calumnias; tum sanè contra jus naturæ & officium judicis est damnare talem, quem ipse certò scit esse innocentissimum.

VI. A fine

VI. A fine probationum. Ut judex sciat & informetur, probandum est; unde probationes ipsæ dicuntur arbitrariæ, & pendere ab officio judicis, *leg. 3. §. tu magis scire, ff. de testibus.* Jam verò nihil certius potest judex cognoscere, quàm quod ipse scit esse verum, quippe quod omnem probandi modum superat, *leg. minor. 32. ff. de minoribus.* Judex igitur pronunciare debet secundum id, quod verum esse novit; hoc est, secundum conscientiam. *6. A fine probationum.*

VII. A quibusdam Juris textibus. Tales sunt, quod judex debeat judicare secundum id, quod sibi visum fuerit *l. eum quem 79 ff. de judic. ex* animi sui sententia, *l. 3. ff. de testibus*, secundum arbitrium, *l. 1 ff. ad SCtum Turpil.* quòd judex non debeat aliis credere, sed ipsum contemplari agrum & fines cognoscere, *l. 8. ff. ad officium, ff. fin. regund.* quòd debeat secundum leges & veritatem judicare, *l. rem non novam, C. de jud. in* judicando ante oculos æquitatem habere, *l. 4. ff de eo, quod cert. loc. l. 9 de R. J.* judicare secundum quod sibi visum fuerit justius & melius, *auth. hodie C. de jud.* juxta propriam scientiam, *c. 1. de re judic. in 6.* quæ omnia eò referenda esse videntur, quòd judex secundum conscientiam judicare debeat. *7. A quibusdam juris textibus.*

IIX. A communi quadam regula, quæ sic habet: *In re dubia ea opinio amplectenda est, quæ animarum saluti tutior;* l. sunt personæ, ff. de Relig. *Atqui* sententia nostra, quòd judex secundum conscientiam pronunciare debeat, tutior est alterâ contrariâ. Ergò amplectenda. *Fieri potest*, inquit Lessius, num. 81 *ut multorum conspiratione integrum Monasterium accusetur, & testibus convincatur de proditione Reipublicæ, de Idololatria, de Sodomia, & similibus gravissimis criminibus; & judex certò sciat illorum innocentiam; quis non horreat dicere, illũ tunc posse & teneri viros innocentissimos equis decerpere, vel flammis tradere, ob calumnias & minas perditorum?* *8. A communi quadam regula.*

IX. Ab exemplo Salomonis, inter duas mulieres, quæ de infante vivo contendebant, judicantis, *1. Reg. 3.* Status causæ erat, *Num infans pertineret ad actricem vel ream?* Secundum jura probatio incubuisset actrici, quippè infantem vivum vindicanti & suum afferenti. Sed licèt nihil probârit, neq; probare potuerit, ut ita secundum communem Juris processum ab ulteriori postulatione infantis arceri debuerit; Rex tamen ei adjudicavit infantem, excogitato consiliò, quo veritatẽ deprehenderet, adeoq; suppleret, quod actrici deerat; Multò igitur magis ex propria scientia sic judicaturus fuisset, si de veritate ipsi constitisset. *9. Ab exemplo Salomonis.*

10. Ab absurdo. X. Ab absurdo. Si omnes illi verè sunt sontes, qui per testimonia, licèt falsa, probantur sontes; sequitur, Susannam [illegible] fuisse sontem, ob testimonium duorum judicum, quam Scriptura tamen nominat insontem, *Dan. 1. v. 63.* Et si rectum, justum [illegible] judicium, quod fit secundum acta & probata, sequitur rectè judicasse Pilatum, quando secundum falsa testium deposita Christum innocentem, contra conscientiã, secundum quam dicebat, *Nullam in eo invenio causam*, Johan. 19. v. 6. ad mortem condemnavit, quod absurdum.

Objectiones.

Prima objectio. Ab officio judicis petita. 1. Valentianus col. 1328. C. ita differit: *Potissimum fundamentum hujus sententiæ, (quicquid sit de modis, quibus alii eam declarant) debet esse, quòd judex non potest censeri rectè facere aliquid ex suo officio, nisi id ipsa etiam communitas censeri possit facere & approbare: Sed si judex privata sua scientiâ ductus postpositâ testificatione publicâ, ferat aliquam sententiam; non potest tunc censeri communitas id facere aut approbare: Ergò non rectè feret judex talem sententiam.* Major *est manifesta; Nam idipsum est, Judicem esse publicam personam, & posse eum facere, quæ privatis personis non licent; quia videlicet est quasi ipsa communitas, quæ ad vitandam confusionem, dedit uni suas vices. Quocirca si aliquid faciat judex, ut privata persona, quod non censeatur etiam facere & approbare communitas, jam non magis id faciet legitimâ auctoritate & potestate, quam si alia quævis persona de populo, quæ non esset judex, id faceret ex scientia sua privata.* Minor *verò probatur. Nam scientia privata judicis non potest censeri scientia certa communitatis, quum sit tantùm scientia unius partis communitatis, quæ idcircò facilius potest falli, quam plures. Ergò, quod fit ex illa scientia, non potest censeri factum auctoritate totius communitatis, sed privatæ personæ. Oportet igitur judicem scientiam testium sequi, quæ (humano modo loquendo) est certa, & censetur esse ipsius etiam communitatis, quum in ore duorum vel trium stet omne verum. Alioqui videri non poterit fungi officio suo. Atque est diligenter notandum hoc fundamentum, quod ipsum indicavit* D. Thomas, *in ratione suæ primæ conclusionis. Nam ex illo pendet ferè tota materia pertinens ad judicium: Et inde etiam peti debet solutio argumentorum primæ sententiæ.*

Responsio. Respons. 1. Falsum est, quòd communitas non approbet sententiam judicis, si eam ferat secundum conscientiam, & vindicet accusatu

cusati innocentiam. Licèt enim scientia judicis non sit scientia communitatis; vult tamen ipsa communitas, judici officium deferens, ut judex non pronunciet verum, quod ipse novit falsum esse; neque condemnet illum, quem novit innocentem esse: ideoq; quod fit ex certa scientia judicis, omninò censetur factum esse autoritate totius communitatis, quæ non vult judicem mentiri, vel contra suam agere conscientiam.

2. Licèt scientia privata judicis primùm non sit scientia communitatis, attamen quando illam publicè manifestat, suamque scientiam certis indiciis probat, tunc ea simul innotescit civitati, & adprobatur judicium, quod secundum illam fertur. Sic scientia Danielis, quòd Susanna esset insons, primùm non erat nota communitati; pòst autem nota fiebat ex confusione falsorum testium, ideoque communitas reprobavit judicium prius, secundum acta institutum contra Susannam, & probavit posterius judicium Danielis, secundum scientiam & conscientiam ejus institutum.

3. Quantumvis judex ex solâ privata, nec publicè probata sententia non possit auctoritate judiciariâ condemnare vel absolvere; hinc tamen consequens non est, eum teneri, ut sequatur publicam scientiam & probationem, in condemnando, quando certissimè novit, illam scientiam vel probationem nihil esse aliud, quàm iniquum errorem & calumniam: cum hac enim rationabili exceptione, intelligendæ sunt hujusmodi generales sententiæ, ne id, quod pro justitia servanda introductum est, detorqueatur ad injuriam.

4. Quod attinet dicta, *Deuter. 17. v. 6. Matth. 18. v. 16.* In ore duorum vel trium testium stabit omne verum, rectè ad illa respondet *Lessius* pag. 373. *Dominus tantùm hoc vult dicere, non sufficere unum testem, sed requiri ad minimùm duos, ut quis possit interfici. Non tamen mens Domini est, ut quandocunque adsunt duo testes, possit quis occidi, etiamsi Judici constet illos calumniari, & reum esse innocentem; sed solùm vult declarare, quid regulariter fieri possit, nempe quando Judex non novit contrarium.*

II. Si secundum acta & probata non esset judicandum, *tunc possent judices corrumpi pecuniâ, & facere, quòd vellent,* dicentes, se nosse, *vel* innocentem esse reum, & sic injustè plecterent; *vel* reum esse innocentem; & ita eum iniquè absolverent, aut certè non punirent, quod in magnum cederet Reipublicæ damnum, *Secunda objectio, A periculo.*

Responsio. Respons. 1. Nostra mens non est, quòd judices ex privata scientia possint vel debeant auctoritate judiciariá, vel condemnare, vel absolvere; sed hoc tantùm urgemus, quòd contra conscientiam non debeant aliquem condemnare; sed potius certæ suæ scientiæ fundamenta & indicia proferant, falsos testes convincant, vel si facere id nequeant, officium judicis deponant potius, quàm ut iniquam ferant sententiam. Quòd si verò judex vel innocentem punire, vel reum absolvere vellet, ad suam provocans scientiam; tum tenetur ille cognitionis suæ certa documenta & rationes proferre, ad minimum interposito jurejurando illam confirmare; aliàs fidem nullam merebitur.

2. Ex altera sententia etiam periculum aliquod oriri potest. Si enim judex sit malitiosus, facilè posset accusationem & falsos testes subornare, ut secundum testimonia illorum condemnare queat innocentem.

3. Lessius num.89. ad hanc objectionem ita respondet: *Rarissimè vel nunquam accidet, ut Judices velint subire magnum illud discrimen, quod illis impendet, si verè criminosum, qui juridicè probatus est talis, absolverint. Difficilè enim est sustinere tàm apertum mendacium, quod honorem accusatoris & testium tantoperè attingit; quòd si id aliquando contingeret, non esset sanè tanti momenti, ut ad illud evitandum, etiam innocentes sint damnandi; melius enim est decem nocentes absolvi, quàm unum innocentem damnari.*

Tertia, A dicto quodam Ambrosii. III. Objiciunt dictum *Ambrosii*, qui serm.20.in Ps.118. scribit: *Bonus judex nihil ex arbitrio suo facit, sed juxtà leges & Jura pronunciat, statutis Juris obtemperat, non indulget propriæ voluntati; nihil paratum & meditatum domo defert; sed sicut audit, ita judicat; & sicut se habet negotii natura, decernit; obsequitur legibus, non adversatur; examinat merita causæ, non mutat.*

Responsio. Ad hunc Ambrosii locum respondet Lessius, num.87. *Verba ista non habere difficultatem.* Nihil facit judex ex arbitrio suo, *Non quòd non debeat uti magnâ industriâ, testes examinando seorsim, minando, promittendo, differendo judicium, mittendo ad Superiorem, quæ omnia ex privata scientia facit; sed quia debet pronunciare sententiam ex legum præscripto, non contrà*: Ut *si lex irritat contractum, debet pronunciare esse irritum; si constituit crimini certam pœnam, nō potest eam mutare, præsertim in graviorem.* Judicat, sicut audit, *nempè regulariter, quando non constat ei de contrario. Item quia nunquam judicat contra id, quod probatum est.*

tum est. Nihil meditatum adfert, *quia non statuit de sententia, nisi omnibus auditis. Nimis profectò rigidè interpretatur, si hæc verba ita accipit, quasi Judex in omni prorsus eventu nihil debeat agere, quam judicare secundum audita. Patres enim loquuntur de officio Judicis, prout regulariter exerceri debet, sepositis extrinsecis circumstantiis, quæ rarissimè incidunt.*

QUÆSTIO V.

An idem simul Judex & pars esse possit?

PRo *negativa* militant omnia jura, & ipsa naturalis ratio, quæ personam judicis à persona partis semper distinguendam esse docet. *Nos negamus.* *Contrarium* tamen placet Romano Pontifici, quem nos accusamus multorum criminum; ut hæreseωs, sacrilegii, Simoniæ, & similium, ut ita ipse pars sit, cum qua litigamus. Hoc tamen non obstante, Pontifex sibi arrogat partes judiciarias, & simul vult judex esse controversiarum omnium, quæ inter nos & ipsum sunt exortæ. *Pontifex affirmat.* Isti verò temerariæ audaciæ hunc syllogismum opponimus:

Quicunque est pars litigans, & accusatus, ille nequit in eàdem causa esse judex. *Sed malè.*

Sed Papa Romanus est pars litigans, & à nobis accusatus,

Ergò nequit in eadem causa esse judex.

Huc refer illud, quod scribitur distinct. 40. c. 6. Si Papa. *Cunctos ipse* (Papa) *judicaturus, à nemine est judicandus nisi deprebendatur à fide devius.* Hæc conditionalis NISI ostendit, Pontificem à fide posse fieri devium, & tum eum non posse judicem esse; sed judicandū. Atqui nos accusamus Pontificem, quòd à fide defecerit, & hoc firmis argumentis probare possumus: Quare in hac causa, secundum jus proprium; ipse nequit esse judex, sed potius est judicandus.

QUÆSTIO VI. ET ULTIMA.

Num Judici injustè condemnanti, violentè liceat resistere?

NOn erubescunt id affirmare quidam Pontificii. Ita enim scribit *Thomas*, 2.2. quæst. 69. art. 4. *Dicendum, quòd aliquis damnetur ad mortem dupliciter:* Uno modo *justè*; & sic *non licet condemnato se defendere. Licitum enim est judici eum resistentem impugnare. Unde indubitanter peccat.* Alio modo *condemnatur quis injustè, & tale judi-* *Affirmat Thomas*

...*latronum, secundum illud* Ezech. 22. Pr...

cium simile est *violentia*...

ejus in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem. *Et ideò, sicut licet resistere latronibus, ita licet resistere in tali casu malis Principibus, nisi fortè propter scandalum vitandum, aut ... ex hoc aliqua gravis turbatio timeretur.*

Dominic9 à Soto. Dominicus à Soto proponit similia, lib. 5. de Justitia & Jure, quæst. 6. art. 4. fol. 164. b. *Quæstio hæc*, inquit, *per distinctionem est dissolvenda. Contingit enim quempiam aut justè damnari, aut injustè. Et secundum hæc duo membra duæ sunt secernendæ conclusiones.* Prior est: *Nemini justè ac juridicè condemnato licet, se à legitimo judice defendere.* Et *ratio est, quòd bellum nequit utrinque esse justum, nisi ubi ignorantia alterutram partium excusarit. Judex autem justè capit, tenet, supplicio que addicit legitimum reum: Non ergo reus justè potest illi resistere, sed est suo genere mortale crimen.* Posterior conclusio: *Cuicunq; injuste condemnato fas est judici resistere, ubi tamen non daret scandalum, ex quo gravis turbatio timeretur. Conclusio est nota; quoniam iniqua sententia nullam subdito inducit obedientiam, quin verò jam tunc judex non publicâ, sed privatâ utitur auctoritate, crescit autem inde ejus culpa, quod prætextu justitiæ injuriam infert, & violentiam. Unde Ezech. 22.* Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem: *Ergò sicuti à lupo, sic se quisque potest ab ipsis tueri, nisi grave inde metueretur scandalum.*

Gregorius de Valentia. Gregorius de Valentia, Tomo 3. disp. 5. quæst. 13. pun. 4. col. 1356. B. scribit: *Iniquè condemnatus licitè potest resistere iniquo Judici, sicut lupo & latroni: Si tamen inde neque scandalum, neque alia perturbatio gravis in Communitate timeretur.* Prior pars, *bujus conclusionis est per se clara, & confirmatur à D. Thoma, ex Ezech. 22. ubi Principes sive superiores iniqui comparantur lupis.* Posterior pars *ejusdem conclusionis, scilicet cum scandalo & perturbatione ac detrimento communi non licere condemnato se defendere, probatur. Nam ratio dictat, partem non habere jus sese conservandi cum detrimento totius.*

Nos distinguimus Inter Principes Verùm nos distinguimus inter *Principes* & *privatos*.

Si *Principes* à superiori condemnarentur injustè, & jurisdictione in subditos, subditi bonis suis spoliari deberent; tum liceret Principibus resistere superiori injustè agenti, & vim inferenti, quia & ipsi Magistratus sunt, quibus incumbit defensio suorum subditorum.

Privatos autem quod attinet, valdè periculosum est statuere, quod

quod iis licitum sit, per vim resistere judici injustè condemnanti. Hoc enim pacto vix unquā tuti esse possent judices. Qui enim condemnantur, plerique autumant, quòd injustè condemnentur: qua opinione præconceptâ, facile vim inferent tali judici, & it. cædes variæ committentur.

Et privatos, Qui inique judici per vim non debent resistere.

Proinde privati iniquè damnati, alia potius media innocentiam suam vindicandi usurpent, vel si nulla inveniunt, patienter ferant, quod licitis modis mutare nequeunt, & semper cogitent, melius esse injurias ferre, quàm inferre. Sic animata erat Susanna cum cognatione sua: Injustè condemnabatur ad mortem; nec tamen vel ipsa, vel cognati ejus de vi injustis judicibus inferenda vel quicquam cogitabant; sed potius ea parata erat, mortem patienter subire, licèt innocens atq; injustè condemnata esset.

Agnovit hoc *Jesuvvita Lessius*, ideoq; lib. 2. de 4. virtut. cardin. cap. 3. dubit. 4. num 30. de reliquorum Papistarum opinione superius proposita scribit: *Verùm ego istam sententiam in usum non facilè admiserim, maximè propter scandalum, quod vix abesse potest.*

Quod concernit dictum Ezech. 22. v. 27. *Principes ejus in medio illius quasi lupi rapientes prædam, ad effundendum sanguinem*; planè impertinenter istud allegatur. Nam (1.) ibi non fit sermo de iniquis per modum judicii condemnationibus; sed de publicis latrociniis & cædibus. (2.) Nec agitur de judicibus pro tribunali sedentibus; sed de quibusvis magnatibus. (3.) Neq; dicitur, vel saltem innuitur, quòd privato liceat, si iniquè condemnetur, per vim resistere judici. Principes quidem Tyrannici comparantur lupis; sed non sequitur; *Lupos licet occidere: Ergò & quosvis Principes tyrannicos*, quia similia non sunt ultra scopum dicentis extendenda. Comparantur illi cum lupis, ratione feritatis & rapinæ, non autem ratione Juris, velut in utrosque idem jus habeatur. Adde, quòd aliud sit *Princeps tyrannicus*, & aliud *Judex iniquus*. De *illo* Ezechiel loquitur, de *hoc* præsens quæstio inst. tuta est. ideoq; illud medium ad probandam thesin Papisticam planè ἀτόπως καὶ ἀσκόπως adhibetur.

Neq; contrariū probari potest ex Ezech. 22. v. 27.

Caput VI. Et Ultimum.

De

PRÆMIIS ET POENIS.

QUÆSTIO I.

An per debitum opus possit quispiam mereri aliquid?

Nos negamus. Nos *negativam* tenemus, & eandem Papistis, qui merita operum urgent, non immeritò opponimus, ita concludentes:

Nullum opus debitum potest esse meritorium.

Cuncta piorum opera sunt aliàs debita.

Ergò nequeunt esse meritoria.

Minor probatur ex Luc. 17. vers. 10. *Quum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, servi inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus.*

Et negativam probamus De *majore* tota est controversia, quam nos asserimus, Papicolæ negatum eunt. Assertionem nostram probamus

A natura meriti. 1. A Natura meriti. Omne meritum propriè dictum obstringit ad compensandum eum, ad quem spectat, vel cujus gratiâ fit opus meritorium. Sed quicquid debitum est, hoc alterum, cui debitum est, obstringere nequit ad compensandum. Nam qui reddit, quod debet, quomodo hâc suâ redditione illum, cui debet ac reddit, ad novam pro illa debita redditione mercedem dandam obligare posset? Contradictio in adjecto est, *Reddere debitum creditori*, & *creditorem ex hac redditione novum debitorem fieri.* Manet ergò, quòd opus debitum non possit esse meritorium propriè dictum.

Et verbis Christi Luc. 17. v. 19. 2. Ex verbis Christi Luc. 17. vers. 19. *Nunquid* (herus) *gratiam habet servo illi, quia fecit, quæ ei imperaverat? Non puto.* In quibus verbis hoc generale thema delitescit, gratiam vel compensationem nec haberi, nec deberi pro opere debito, ad quod aliquis est aliàs obligatus. Si enim servo herus nec habet nec debet gratiam, quia fecit, quod ei imperatum est; sequitur, quòd opus debitum per modum servitii non sit meritorium gratiæ.

Jam

Jam verò, si ad piorum opera hoc applicetur, negari nequit, illos esse servos Domini ad quævis bona opera obstrictos, quum omnia sint præcepta. Pro his igitur nullam iis gratiam debet Deus, quia fecerunt, quod debuerunt, vel quia isthæc opera aliàs fuerunt debita. *Præmia & pœna*

QUÆSTIO II.

Num à gratuita promissione præmii operantibus propositi, rectè inferri possit meritum propriè dictum?

PLacet *affirmativa* Papicolis, qui opera renatorum statuunt meritoria esse vitæ æternæ. Quando autem objicimus, quòd nulla sit proportio inter opera & salutem sempiternam; quòd nostra opera non sint tam bona, ut Deum obligare possint ad compensandum; tunc plerumque respondent, quòd ratio meriti non tam in dignitate nostrorum; quam in promissione pactoq; Dei ponenda & quærenda sit. Ita enim scribit *Gregorius de Valentia*, Tomo 2. disput. 8. quæst. 6. puncto 2. col. 1385. A. *Etsi non ita extare possit meritum hominis apud Deum, ut propter solam bonitatem aliquam humani operis, seclusâ ordinatione & promissione divinâ, Deus obligetur ad illud compensandum, juxta modum aliquem æqualitatis seu Justitiæ: Tamen si positâ etiam hujusmodi aliquâ ordinatione seu promissione, quâ scilicet Deus sese obliget ad bonitatem aliquam humanorum operum, secundum Justitiæ modum aliquem compensandum; verissimè ejusmodi opera habebunt rationem meriti, ac debebunt compensari, secundum aliquem Justitiæ modum. Est enim Deus fidelis, & seipsum negare non potest, 2. Timoth. 2.* *Affirmant Pontificii. Præsertim Valentianus.*

Verùm respondemus, mercedem gratuitam & indebitam, ex sola promissione ortam, impropriè quidem, & καταχρηστικῶς nominari meritum, non tamen esse meritum propriè dictum. Hoc enim semper fundatur in dignitate operis vel laboris, & quidem indebiti. Quando enim in gratiam alterius laboratur, & ejus commoda promoventur per opera aliàs non debita; tunc meritum habet locum, & cum tali homine pacisci possum de certo pretio. Quando a. opus est debitum, & pro eo ex merâ gratia promittitur compensatio; tunc propriè dici nequit, quòd illud opus debitum & improportionatum promissæ compensationis sit *Nos verò negativam tenemus.*

fit meritorium, ob ipsam promissionem. Quicquid enim gra[illegible] ex gratiâ promittitur, id quidem reddere tenetur promissor, ob f[illegible]gationem, & juxta veritatis regulam; Interim tamen opus il[illegible]d, [illegible] promissor requisivit, & pro quo gratuitam compensationem [illegible]ndit, non habet rationem meriti propriè dicti. Pugnant enim hæc [illegible], *Ex gratia promitti, & ex condigno mereri.* Si compensatio est gra[illegible]romissa, certè non possumus eam nostris operibus promereri. Sic q[illegible]niam vita æterna nobis est promissa ex mera Dei gratia; falsum utiq[illegible]e erit, quòd opera nostra, quippe aliàs debita, sint meritoria salutis [illegible] piternæ. Tantum igitur abest, ut à gratuita promissione pra[illegible] rectè inferri possit meritum propriè dictum, ut potius contrarium concludi jure meritissimo queat & debeat.

Et ad duas Valentiani objectiones respondemus. Sed objicit Valentianus loco dicto 1. col. 1386. A. B. *Quod dic[illegible]us, obligationem divinam inprimis etiam ex promissione Dei o[illegible]ri, nihil om[illegible]ò obstat, quò minus opus hominis, quatenus per eam obligationem comp[illegible]ari debet, verissimè censeatur meritum. De ratione enim meriti non [illegible], ut compensari debeat obligatione ortâ ex sola bonitate operis; sed ut compensari debeat secundum aliquem modum æqualitatis, undecunq; demum ea ratio meriti oriatur. Ut si Princeps* verbi gratiâ, *promisisset, se obsequia famulorum non ita magna, secundum modum aliquem æqualitatis, videlicet justitiæ distributivæ, aliquâ mercede compensaturum: tunc sanè quando famuli ea exhiberent obsequia, non dubitaremus, quin ea verè essent merita famulorum, licèt obligatio illa, quâ Princeps ea compensare deberet, non ex sola bonitate obsequiorum ejusmodi, sed inprimis etiam ex Principis [illegible]omissione oriretur.*

Respons. Valentianus principium petit in eo, quod tanquam certum præsupponit. Nam in quantum compensatio boni operis oritur ex benigna promissione, in tantum ea est gratuita, non debita, nec cadens sub rationem meriti: Unde sequitur, omne meritum propriè dictum fundari in sola dignitate operum, ob quam jure promittitur præmium. Quatenus autem fundari dicitur in promissione benigna; eatenus non est meritum; sed gratuita compensatio. Exemplum quod affertur de famulis Principum, quorum obsequia non ita magna compensantur mercede aliquâ, id cum principii petitione similiter conjunctum est. Obsequia famulorum aliàs debita, licèt pro iis ex gratia promittatur compensatio, non tamen propterea verè propriéq; sunt merita. Nam jure pro iis, quippe aliàs debitis nihil postulare

q[illegible]eunt.

queunt. Quando igitur Princeps, exabundanti gratia promittit c fertq; compensationem, tum hoc gratuitum præmium est, ex sola promissione benigna ortum, non meritum propriè dictum, nec in obsequiorum bonitate vel dignitate fundatum.

Objicit 2. col. 1386 D. *Posita ordinatione & promissione divinâ, non ex illa tantùm; (licet ex illa quoq;) sed etiam ex bonitate operum, quam Deus promisit se compensaturum, extat obligatio, secundum quam Deus idipsum præstare debet. Quantumcunq; enim promissio illa sit posita, nisi Petrus, verbi gratia, etiam talia opera exerceat, qualia Deus se compensaturum promisit, nondum intelligimus, Deum debere compensationem aliquam Petro; ac tùm demùm hoc intelligimus, quando talia opera exercentur. Tunc enim possumus ratiocinari sic:* Ea opera *debent à Deo compensari hâc vel illâ mercede, quæ sint hoc vel illo modo bona :* Sed hæc *opera, quæ jam Petrus exercet, sunt talia : Ergò hæc opera Petri debet Deus compensare hac vel illa mercede.* Ubi *quemadmodum hujus syllogismi minor assumta, est causa conclusionis simul cum Majori; Ita etiam existimandum est, significatum Minoris, quod est talis bonitas operum, simul cum significato Majoris, quod est promissio divina, esse etiam causam suo modo conclusionis, nempe hujus, quod est, Deum debere compensare talia opera*, juxta *illud, quod dici solet : Sicut res sese habet ad esse, ita ad intelligi.*

Resp. 1. Negamus, quòd ex bonitate operum, quam Deus promisit se compensatûrum, ulla extet obligatio, secundum quam Deus idipsum præstare debeat. Debitor noster est tantùm ob promissionem factam, nullo modo propter opera nostra, quæ & imperfecta, & aliàs debita sunt : qui ergò ad compensandum jure obligare possent Deum?

2. Concedimus, Deum tum demum debere compensationem actu præstare, quum opera requisita exercentur vel edita sunt. Hinc autem nequaquam sequitur, ex ipsa bonitate operum Deum esse obligatum ad compensandum. Nam illa prærequiruntur & præsupponuntur ante actualem compensationem, non tanquam causa meritoria compensationis, quippe quæ tota est gratuita, & ex benigna promissione dependet unicè; sed tanquam conditio ex parte nostri postulata : non secus atq; hæreditas filio non datur, nisi parentibus sit obediens; hæc ipsa tamen obedientia non est causa meritoria hæreditatis, (quippe quæ ex filiatione dependet,) sed tantùm conditio prærequisita.

3. Syllogismum *Valentiani* totum concedimus. Omninò debet Deus compensare bona opera; sed debet hoc non ex obligatione ope-

 rum,

rum, quæ gratis, non jure compensantur; sed ex obligatione promissionis factæ, quam ut veracissimus tenetur implere, unde merces in illa non est debita, sed indebita, ideoque opera isthæc quæ indebitâ mercede compensantur, non possunt habere rationem meriti propriè dicti.

QUÆSTIO III.

An remissâ culpâ tollatur omnis pœna propriè dicta.

Negant Pontificii. NEgativam tenent omnes Pontificii, quorum unanimis sententia est, quòd remissâ culpâ, quoad pœnam æternam, nihilominus remaneat luenda pœna temporalis, tùm in hac vita, tum post eam in purgatorio.

Ut Thomas, Ita enim scribit *Thomas* part. 3. quæst. 68. art. 4. *Quanquam per virtutem pœnitentiæ remissa homini culpâ, pœna quoq; æterna remittatur, alicujus tamen temporalis pœnæ reatus remanere potest.*

Valentianus, Gregorius de Valentia Tomo 2. disput. 6. quæst. 17. punct. 5 col. 8, 22. A. *Sententia*, inquit, *orthodoxorum omnium constans & ex fide certa est, superesse post culpam remissam aliquam talem pœnam temporalem, pro qua Deo sit satisfaciendum, velut in Concilio Tridentino sess. 6. can. 30. definitum est.* Similia habet Tomo 4. disp. 7. quæst. 3. col. 1629.

Bellarminus. Bellarminus etiam l. 1. de Purgatorio cap. 11. col. 747. A. scribit: *Quum reconciliantur Deo peccatores, non dimittitur semper cum peccato tota pœna temporalis.* Idem lib. 4. de pœnitentia c. 2. col. 1420. C. ita differit: *Catholici summo consensu docent, post remissam culpam sæpe remanere reatum pœnæ temporalis, ut ex Concilio Tridentino constat, sess. 6. cap. 14. & sess. 14. c. 12. Pœnam autem temporalem intelligunt, tum in alia vita; tum etiam in præsenti: sed pœna alterius vitæ propriè peccatis omnibus, & ex condigno debetur; Pœna autem hujus vitæ solùm ex congruo, (ut sic loquamur) certis peccatis à Deo infligi solet.*

Huic verò principio vel fundamento planè arenoso superstruunt postmodum totam structuram sui purgatorii. *Potest fieri*, ait Bellarminus, lib. 1. de purgatorio, c. 11. col. 747. A. *& sæpè fit, ut in tota vita aliquis non satisfecerit plenè pro temporali illa pœna. Ergò necessariò statui debet purgatorium.*

Ad hæc omnia verò nostri respondent, 1. *Quòd* remissâ culpâ non remaneat ulla pœna propriè dicta. 2. *Quòd* licèt pii post impetratam remissionem nonnunquam aliquid mali patiantur, magis tamen casti-

castigatio sit, quàm pœna propriè dicta. 3. *Quod* tales castigationes non omnibus reconciliatis, neq; semper infliganiur. 4. *Quod* omnium minimè quædam pœna temporalis post mortem luenda veniat. 5. [illegible] *quod* proptereà nullum detur purgatorium, in quo pro pœna temporali, quæ post culpam remissam fingitur residua, satisfaciendum sit.

Nos affirmamus, & probamus.

Quòd autem remissâ culpâ non remaneat pœna propriè dicta, præter Scripturas etiam firmis probari potest rationibus, quarum duas hîc adponemus.

A natura pœnæ.

1. A natura pœnæ. Hæc non nisi ratione culpæ, & quidem irremissæ dicitur. Ubi enim vel nulla, vel jam remissa est culpa; ibi locum habere nequit pœna propriè dicta. *Becanus* part. 2. Theologiæ Scholasticæ, Tom. 1. tract. 2. c. 8. quæst. 1. pag. 196. pœnam ita definit: *Pœna propriè dicta est malum seu incommodum aliquod, naturæ vel voluntati contrariũ, quòd eo fine infligitur, ut culpa vindicetur.* Jam verò si culpa est adhuc vindicanda, tum nondũ est remissa; vel si remissa est, malè vindicatur.

A natura remissionis.

2. A natura remissionis. Nam remissio peccati nihil aliud est, quàm condonatio pœnæ. Peccatũ enim originale quoad radicem semper manet in fidelibus; peccatum actuale transit, adeoq; quum remittitur, non infectũ ex facto redditur, sed tantùm reatus pœnæ adimitur. Quare pugnaret, *peccatum esse remissum, & tamen sustinendam esse pœnam.* Remissum n. totaliter non est, nisi omnis reatus supplicii sit ablatus. Et quamvis verè piis, quorũ peccata sunt remissa, Deus nonnunquam immittat calamitates temporales; tamen illæ non sunt pœnæ propriè dictæ, *tum* ratione principii, quia nõ proveniunt ab irato Deo, sed à Patre benigno, & sunt quasi amaræ sagittæ ex dulci manu; *tum* ratione finis, quia tendunt ad bonorũ probationem & emendationem, siquidẽ sunt μνημόσυνα lapsus; ὄργανα mortificationis: προφυλακτικὰ à peccatis; παιδευτήρια spei, patientiæ, pœnitentiæ, & similium; *tum* ratione correlativi, quia non habet locum pœna, quando remissa est omnis culpa. Sunt enim hæc relata, & se invicem ponunt tolluntq;. Hinc scitè *Chrysostomus* in 1. Cor. hom. 28. *Quum corripimur à Domino, magis est admonitionis, quam damnationis; medicinæ, quàm supplicii; correctionis, quàm pœnæ.*

A propria hypothesi Becani.

Hinc *Becanus*, ipse Ld quæst. 2. pag. 98. triplicem constituit pœnam: Unam *medicinalem*; alteram *satisfactoriam*; tertiam *propriè dictam*, *seu pœnam simpliciter*. Medicinalem pœnam vocat illam, quando aliquod malum imponitur hominibus ad consequendum majus bonum. Sic

detri-

detrimenta rerum corporalium & temporalium dicit sæpè habere rationem medicinæ, quia sæpè à Deo permittuntur propter bonum animæ. Jam subsumo: *Atqui* calamitates piorum semper sunt pœnæ medicinales, quia iis infliguntur, ut deformitatem peccati agnoscant, illudque magis caveant. Ergò non sunt pœnæ propriè dictæ, quia pœna medicinalis, & pœna propriè dicta sunt juxta *Becanum* contradistincta.

Potest hoc ulterius confirmari ex ipsis *Becani* verbis: Ita enim scribit, p. 200. *Quæres, unde cognosci possit, An sit pœna simpliciter, an satisfactoria, aut medicinalis?* Respondeo: *Pœna medicinalis & satisfactoria, quæ pro alio suscipitur, semper est pœna aliqua temporalis hujus vitæ, in rebus temporalibus; Pœna verò propriè dicta, non solùm est hujus vitæ; sed etiam alterius in inferno & purgatorio; nec tantùm in rebus temporalibus; sed etiam in spiritualibus.*

Hinc ita colligo: *Quæcunq;* pœna est tantùm hujus vitæ, ea est vel medicinalis, vel satisfactoria, non autem pœna propriè dicta.

Sed temporales piorum castigationes, ut morbi, persecutiones, &c de quibus hîc loquimur, sunt pœnæ tantùm hujus vitæ. *Ergo* sunt vel medicinales, vel satisfactoriæ. Atqui non sunt satisfactoriæ. *Ergò* medicinales & per consequens non sunt pœnæ propriè dictæ, id quod solum contra Pontificios hîc erat ostendendum.

QVÆSTIO IV.

Num pœna sensus à pœna damni separari queat?

Pontificii distinguũt infernum in qvatuor cellas.

Scholastici, & præsertim *Durandus* lib. 3. distinct. 22. quæst. 4. quem sequuntur etiam hodierni Jesuwitæ, totũ Inferni ædificium, ab ipsis fabricatum, & excogitatum, in *quatuor* sive cellas, sive contignationes distinguunt.

Prima secundum istos damnatorum est, & *infernus* dicitur, in quo perpetuum fit exilium & exitium; *Illud* pœnam damni, quoniam privatio est beatitudinis; *hoc* pœnam sensus, quia perpessio est tormentorum infernalium appellitant.

Secunda est infantum non baptizatorum, licèt in Ecclesia natorum, quam propterea vocant *limbum puerorum*, ubi propter peccatum originale fit perpetua pœna dami, sed non sensus; hoc est, ubi infantes

tes exclusi quidem sint à gaudiis vitæ æternæ, nullum tamen dolorem præsentiscant.

Tertia purgandorum est, dicta ob id *purgatorium*, in quo sit & damni & sensus pœna, sed duntaxat temporalis.

Ultima Patrum fuit in Veteri Testamento, ante adventum Christi mortuorum, quam *limbum Patrum* vocant, in quo sit pœna damni duntaxat, & ea quidem non perpetua; sed temporalis.

Apparet hinc, quòd Pontificii existiment, pœnam sensus à pœna damni realiter separari posse, ita quidem, ut Patres Veteris Testamenti privati fuerint, & infantes non baptizati adhuc priventur æternâ beatitudine, quam privationem nominant *pœnam damni*; non tamen vel illi senserint, vel isti adhuc sentiant in inferno ullum dolorem, quem appellant *pœnam sensus*. Videatur de his *Bellarminus*, lib. 6. de Peccato, cap. 5. 6. & *Gregorius de Valentia*, Tomo 2. disp. 6. quæst. 17. puncto 4. *Et existimant, pœnam damni à pœna sensus separari posse.*

Verùm distinctio isthæc inter pœnam damni & sensus planè inepta, imò nulla est. *Aut* enim infantes in inferno sensus omnis sunt expertes, *aut* ejus sunt compotes. *Si illud*, non erunt homines, sensu præditi, nec propriè punientur in inferno, ubi pœnam non sustinet, nisi qui pœnam sentit. *Si hoc*, non erit mera damni pœna, sed unà sensus. *Id quod nos inficiamur.*

Alii sic colligunt: Infantes *aut* sciunt se exclusos à Deo, *aut* nesciunt. *Si sciunt*, non possunt non dolere, & sic quoque pœnam sensus sustinebunt. *Si nesciunt*, pœna hæc nulla erit, quia in inferno scientes, non ignorantes propriè puniuntur.

Deinde, Infantes isti *aut* planè otiosi erunt in suo limbo, & quasi perpetuo somno oppressi; *aut* aliquid agent scientque. *Illud* inconveniens & absurdum. *Ergo* aliquid agent vel sentient. Quare *vel* delitiabuntur & gaudebunt; *vel* patientur & dolebunt. Gaudere nequeunt, quia sunt exclusi è cœlo, & ira Dei manet super eos. Ergo dolebunt. Non igitur solùm damni, sed sensus quoque pœnam sustinebunt.

Et hæc posteriora duo argumenta ita moverunt *Bellarminum*, ut lib. 6. de A. G. cap. 6. fateatur, parvulos non baptizatos passuros esse dolorem, non quidem externum ignis, sed internum animi, quamvis mitissimum. Verum hanc sententiam alibi refutant Theologi. Nos tantùm colophonis loco addimus *Augustini* testimonium, quod

[illegible] *[illegible] inter damna[illegible] regn[illegible] quasi medium locum.*

QUÆSTIO V ET ULTIMA
Num indiſcretè omnes ſagæ, quæ pactum cum Diabolo inierunt, pœnâ capitis ſint afficiendæ?

Sagæ unde dictæ. SAgæ ab antiquo verbo *ſagire*, quo utitur Cicero *lib* 1. *de divina* quod eſt *acutè ſentire*, (unde deſcendit etiam nomen *Sagax*, [illegible]) nominantur, eò quòd mulieres iſtæ ſe multa ſcire jactitant, & valde ſagaces eſſe vulgo videntur. Habent iſtæ directum propoſitum, immediatè ſerviendi Diabolo, cui operam offerunt ſpontaneam, & cum quo deteſtandum fœdus ineunt, adeoque Deo, Baptiſmati, & ſacræ fidei turpe nuncium mittunt.

De his ſagis, quas alii vocant *veneficas*, à veneficio, quod nonnunquam exercent, quæritur, *An omnes, ſi maximè nulla vel hominibus vel jumentis damna inferant, capitaliter ſint puniendæ, & flammis devovendæ; vel ideò tantùm, quia cum Satana pactum inierunt?*

Affirmant *Pontificii* plerique, quos inter eſt *Fridericus Martini*, Canonum apud Friburgenſes Profeſſor, qui in appendice tractatus de Jure cenſuum, Lutheranis, tanquam novum errorem, hanc imputat ſententiam, *quòd Sagæ propter ſolam divini nominis abnegationem capitaliter puniri non debeant.* Cumprimis autem prolixè hanc quæſtionem pertractat *Martinus Delrio Jeſuita*, lib. 5. diſquiſitionum Magicarum, ſect. 16. ubi hæc habet p. 775. *Sit concluſio: Lamiæ occidendæ, etiamſi hominem nullum veneno necâſſent; etiamſi ſegetibus & animantibus non nocuiſſent; etiamſi necromanticæ non faveant, eo ipſo tantùm, quod dæmoni fœderatæ, quòd conventui intereſſe ſolitæ, & quæ ibi exercentur præſtare.* Neque mirum eſt Pontificios ita ſtatuere, quum hæreticos etiam & hæretico credentes ob ſolam hæreſin rogo adjudicare ſoleant.

Verùm noſtri Theologi plerumque diſtinguunt, & tria ſagarum genera commemorant.

Nos tria ſagarum genera conſtituimus. Nam 1. *Quædam* ſunt tantùm *melancholicæ*, quæ à Satana ſic faſcinantur, ut ſe fœdus cum eo contraxiſſe, hæc vel illa ſe effeciſſe opinentur, & poſtea fateantur, quæ tamen omnia meræ ſunt imaginationes & illuſiones, nec ullam fœderis vel actionis veritatem continent.

2. *Quæ-*

2. *Quædam* sunt *realiter fœderatæ*, non tamen maleficæ, quæ verè quidem pactum inierunt cum Diabolo, non tamen hominibus, neque jumentis nocuerunt.

3. *Quædam* sunt *& fœderatæ & maleficæ*, quæ non modò pactum cum Satana scienter & prudenter percusserunt; sed insuper Diabolo reipsâ serviunt, ad gravissima damna hominibus, jumentis & segetibus inferenda,

De *primi* ergo & *tertii* generis sagis, earumque pœna non adeò magnum potest esse dubium. *Melancholicæ* enim, quum *Cavsama* tantùm laborent, & omnia imaginaria sint apud illas, politice puniri non debent: Morbus enim non scelus est, quo infectæ sunt *Maleficas* autem è medio tollendas esse, cumprimis ob maleficium & illata damna, quis ambigeret? Clara enim sunt verba Exod.22.v.19. *Maleficos non patieris vivere*.

Quod autem attinet *sagas fœderatas, sed non maleficas*, plerique Nostratium in mitiorem propendent sententiam, nimirum tales, quum ex communi humana, & peculiari sexus infirmitate, à Satana sint deceptæ, ob solam divini nominis abnegationem, & pactum cum Diabolo initum, non esse capitaliter puniendas, sed potius sanctissimis monitis corrigendas, à nefario instituto abducendas, vel si animum obfirmârint, pœnis non capitalibus afficiendas, & ex toto orbe Christiano exterminandas. *Et dicimus, sagas fœderatas, non autem maleficas, minimè interficiendas esse.*

Nam 1. Abnegatio isthæc divini nominis & confœderatio diabolica magis est delictum spirituale & Theologicum, quàm civile & Politicum, pertinens ad forum poli potius, quàm soli. Ut igitur alia peccata spiritualia, primam tabulam directè impugnantia, non puniri solent capitaliter, ut apostasia, hæresis, blasphemia, profanatio sabbathi, licèt in se graviora sint peccatis politicis, & secundæ tabulæ adversis: Ita de abnegatione illa similiter judicandum est. Neq; ullibi legimus, in Apostolica & primitiva Ecclesia morte affectos esse illos, qui abnegârunt fidem, vel dæmonibus sese devoverunt, dicâruntvè. *Quia divini nominis abnegatio magis est delictum spirituale, quàm civile.*

2. Constitutio Imperatoris Caroli V. prohibet, quenquam hominum ad capitale supplicium trahi, quem non veneficii illati indubitatus eventus tanti criminis manifestum antè reddiderit. Verba ita habent: So jemand durch Zauberey schaden oder Nachtheil zufügt / sol man ihn straffen vom Leben zum Tode / und man sol solche straffe mit dem Fewer thun. Wo *Quia idē innuit Cōstitutio Carolina.*

[illegible] er jemand Zauberey gebraucht/und damit niemand schaden gethan hette / sol sonst gestrafft werden / nach Gelegenheit der Sache / darinnen die Urtheilerrathe gebrauchen sollen / wie vom raht suchen hernach geschrieben stehet.

Quia idē sentiunt praestantes Theologi & JCti.

3. Hanc ipsam sententiam quoque adprobant non pauci Theologi, ut *Johannes Brentius*, in Epistola quadam ad D. Heerbrandum *Antonius Pratorius*, in seinem gründlichen bericht von Zauberey / und zaubern: *Augustinus Lercheimer* im Christlichen bedencken von Zauberey / quibus addimus judicium D. Goedmanni, lib. 3. de Magis & Veneficis, cap. 11. §. 32. 33. ita scribentis; *Lamiae aut fatentur possibilia, videlicet se homines & jumenta sortilegiis & magicâ arte interfecisse, & hoc si constat, absq; ulla dubitatione juxta praedictam 109. constitutionem Carolinam sunt comburendae: aut fatentur impossibilia; scilicet, se per angustum foramen in aërem volasse, in bestias fuisse transmutatas, cum diabolo Venerem exercuisse, & non sunt ob id puniendae; sed verbo Dei potius melius instituendae.* Aut *denique fatentur, se contractum cum Satana iniisse, quo casu extraordinariâ poenâ, ut fustigatione, relegatione, mulctâ pecuniariâ resipiscentes puniri possunt. Ejusmodi esto poena temeritatis, quòd daemoniacae suggestioni, & ludibriis non satis constanter restiterint, imò etiam consenserint. Quod autem sortilegii poena arbitraria sit, ostendit saepè allegatus textus, cap 109.* Wo aber jemand zauberey gebraucht/und damit niemand schaden gethan hett/ sol sonst gestrafft werden. *Menochius* casu 388. num. 11 *Laurentius Kirchovius, suprà* allegato loco, nimirum consil. 12. Tom. 2. Consil. German. III. Num. 9. *Joan. Althusius* in Jurisprudent: Roma. cap. 52. lib. 1. *Johannes Fichradus*, cons. CXII. nu. 4. *Et ita in tali casu judicatum memini:* Ob wol dieser fall unter den Gelehrten sehr bedencklich und streitig / dieweil aber dennoch in solchen zweiffelhafftigen peinlichen Fällen die gelinde straff zu erwehlen / so sprechen demnach die R. das aus solchen und andern ursachen / die gefangene R. wegen obgedachter jrer verbrechung / und weil sie mit der zauberey niemand schaden zugefügt / viel weniger Menschen und Vieh damit getödtet / mit brennung eines zeichen zur staupen geschlagen / und aller unsers gnedigsten Fürsten

praxi... & pœnis.

Fürsten und Herrn Landen uff 12. Jahr verwiesen sein sol / von Rechs wegen. *Semper enim in dubiis benigniora sun[t] p[...]da, & melius est multos nocentes absolvere, quàm unum innocentem condemnare.*

Quæ in contrarium objiciunt ex Scriptura, illa omnia *vel* loquuntur de Sagis maleficis, quas occidendas esse non negamus, *vel* ex legibus politiæ Mosaicæ in Novo Testamento abrogatis deducta, *vel* aliâs nullius ponderis & momenti sunt, ut iis diutius immorari operæ non videatur pretium.

Atque ita, *Deo largiente* gratiam, quæstiones etiam Ethicas & Politicas absolvimus; supersunt Physicæ & Metaphysicæ, quas cum istis junctim edere ferebat olim animus: sed quia excrevit altiùs hoc opusculum, peculiari eas libello, quamprimùm per alias occupationes licuerit, inclusas dabo.

Conclusio totius opusculi.

Lectorem verò meum cum B. *Vigilio* ex fine lib. 5. ita compello: *Si quid in hoc opusculo secùs quàm oportuit, dictum est, veniant postulamus, & si opere displicemus, saltem studio placeamus. Sit acceptum nostrum voluisse, si displicet non potuisse.*

Tibi autem, *ô Deus benignissime*, veritatis Doctor supreme, immortales sint gratiæ, pro auxilio clementer præstito: Tua est omnis sapientia, quam communices cunctis, eam inquirentibus, ut ita sapiamus, quæ vera, & agamus, quæ rectâ sunt, ad Nominis tui gloriam, & animæ nostræ salutem sempiternam,

AMEN.



PRIMUS INDEX

Recensens quæstiones secundum ordinem, quæ hactenus discussæ sunt.

SECTIO PRIMA.

Continens Quæstiones Ethicas.

CAPUT I.

De libero Arbitrio, & Humanis actionibus,

CAPUT II.

De Virtute Intellectuali.

CAPUT III.

De Virtute Morali.

CAPUT IV.

De Vitio virtuti opposito.

CAPUT V.

De Temperantia.

CAPUT VI.

De Justitia.

CAPUT

CAPUT VII.

De Veracitate.

CAPUT VIII.

De Virtutibus Theologicis, Fide, Spe, & Charitate.

SECTIO II.

Continens quæstiones Politicas.

CAPUT I.

De Regimine.

III. Num

CAPUT II.

De Magistratu, ejusq; officio.

CAPUT III.

De Subditis.

CAPUT IV.

De Legibus.

CAPUT V.

De Judiciis.

CAPUT VI. ET ULTIMUM.

De Præmiis & Pœnis.

III. An

SECUNDUS INDEX.

Controversiarum Theologicarum, ad quas spectant quæstiones, hac parte tertiâ comprehensæ.

Quæstiones generales.

Controversia I.

De Sacra Scriptura.

In controversiis recensendis hic etiam, ut in secunda parte, sequor Bellarmini ordinem.

Controversia II.

De Pontifice Romano.

Controversia III.

De Conciliis.

Controversia IV.

De Ecclesia.

Con-

Controversia V.

De Clericis.

Controversia VI.

De Monachis.

Controversia VII.

De Laicis.

Controversia IIX.
De Purgatorio.

Controversia IX.
De Pœnitentia.

Controversia X.
De Peccato Originis.

Controversia XI.
De peccatis actualibus.

II. Num

Controversia XII.

De Libero Arbitrio.

VI. Num

Controversia XIII.

De Justificatione, ubi simul de Fide.

Controversia XIV.

De Lege & Evangelio.

Controversia XV.

De Bonis Operibus.

Controversia XVI.
De Jejunio.

INDEX TERTIUS
DICTORUM SCRIPTURÆ.

INDEX QUARTUS.

AUTORUM ALLEGATORUM.

A.

Bellar-

Cœlius

C.

H.

Hieron.

L.

Marsilius

Pere-

T.

V.

QUINTUS INDEX

RERUM ET VERBORUM.

Kkkk 3

Gra-

G.

H.

I.

Infi-

R.

Reli-

 Tem-

T.

V.

Veri-

W.

Z.

F I N I S.